MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81412-14

*AUTHOR:*

WIESZNER, CARL

*TITLE:*

IN CYCLOPEM FAB. EURIP....

*PLACE:*

BRESLAU

*DATE:*

1860-66

Master Negative #

93-81912-14

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

## BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record



Wieszner, Carl
... In Cyclopem fab. Eurip. commentariorum part. I. [-II.] scripsit Dr. C. Wieszner ... Breslau, Grass, Barth u. comp., 1860-66.
2 pts. in 1 v. 25½ cm.

At head of title of pt.1: Zu der ... öffentlichen prüfung aller classen des Elisabet-gymnasiums ...
At head of title of pt.2: Zur feier des geburtstages Seiner Majestät des Königs ...


71470

Restrictions on Use:


TECHNICAL MICROFORM DATA


FILM SIZE: 35 mm    REDUCTION RATIO: 13x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 6-22-93    INITIALS: my
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

# PART 1













Centimeter
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
mm
1
2
3
4
5
Inches

1.0
1.1
1.25
1.4
1.6
1.8
2.0
2.2
2.5
2.8
3.2
3.6
4.0
4.5

Zu

der am 26. und 27. März abzuhaltenden

# öffentlichen Prüfung

## aller Classen des Elisabet-Gymnasiums

und zu der damit verbundenen

**Redeübung und Entlassung der Abiturienten am 28. März**

ladet

**die Beschützer, Gönner und Freunde des Gymnasiums und des Schulwesens überhaupt**

ehrerbietigst ein

**Dr. Karl Rudolph Fickert,**
Rector zu St. Elisabet.

---

1. In Cyclopem fab. Eurip. commentariorum part. I. scripsit Dr. C. Wieszner.
2. Schulnachrichten, vom Rector.

---

**Breslau, 1860.**
Druck von Grass, Barth u. Comp. (W. Friedrich).

# IN CYCLOPEM

## FABULAM EURIPIDEAM COMMENTARIORUM

### PARTICULA PRIMA.

SCRIPSIT DR. CAROLUS WIESZNER.

---

Graecorum poetarum, qui fabulas scripserunt, clarissimorum Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, Aristophanis opera perpaucis tantum nobis tradita esse libris iisque tam corruptis, vix ut verum investigare quisquam possit, quem nostrum fugit? Sed ad fabulas horum poetarum plurimas certe interpretationes veterum nobis servatae sunt ex parte optimae, quae ut lux multis locis et verbis et sententiis afferratur, saepissime efficiunt. Euripidis quoque fabularum cum pars quidem et melioribus contineatur libris manu scriptis (sec. XII et XIII) et commentariis instructa sit vetustioribus, quamvis adhuc non satis accurate neque descriptis neque examinatis, velut Hec. Med. Or. Phoen. al., pars tamen eaque maior et deterioribus servatur libris et veteribus commentariis omnibus fere caret, velut Bacch. Heraclid., Iphig. Aul., Iph. Taur. al.[1]) Quem in numerum fabula satyrica, de cuius initio nunc sum dicturus, sine dubitatione est referenda.

---

[1]) cff. Prolegg. ad Eur. Med. ed. Kirchhoff. Berol. 1852. pag. 4. 18. 26. et Eur. Tragg. ex recensione Kirchhoffii. Berol. 1855. Vol. I. praef. § 6.

Cyclops enim duobus tantum codicibus saeculi XIV continetur, quorum alter Palatinus inter Vaticanos n. 287 membranaceus a Kirchhoffio, quem hac in re secutus sum, littera B, alter Florentinus plut. XXXII, 2 chartaceus C littera est notatus. Nimirum praeterea etiam posterioris aetatis tres codices nobis sunt traditi, qui, quod sunt ex illo Florentino transscripti, auctoritatem habent fere nullam: 1) cod. Parisinus n. 2887. 2888 saeculi XVI ineuntis, qui fuit olim Iani Lascaris; 2) cod. Par. n. 2817; 3) cod. Flor. plut. XXXI n. 1. Commentarii veteres de hac fabula omnino non exstant, nisi forsitan quae ad versus 74. 169. 427 adscripta inveniuntur hoc nomine ornare velis. Unde facile colligere licet, quam difficilis sit interpretatio atque obnoxia erroribus.

Haec pauca de libris manu scriptis praefatus statim ad rem ipsam accedam.

Nota illa narratio et post Homerum saepe tractata de Baccho per piratas Tyrrhenos capto[2]) initium est ac fundamentum eius partis fabulae, quae ad Silenum eiusque filios pertinet. Statim ineunte prologo Silenus, quod tot tantisque laboribus ac periculis a Iunone propter Dionysum et antea invenis, et nunc iam provecta aetate sit affectus, magna cum iactatione suas proferens laudes vehementer conqueritur. Ab invocatione Dionysi, quem *Βρόμιον*[3]) appellat, sermonis ducit initium. Quod nomen unde derivandum sit, non est cur dubitemus. *Βρόμος* significat fremitum, strepitum, fragorem, quem cum agmine per montes, nemora, silvas vagans erransque deus excitare solebat: itaque *Βρόμιος* appellabatur. Hom. hymn. in Dionys. (25) v. 10:

*..... βρόμος δ' ἔχεν ἄσπετον ὕλην*

ib. (6) in Merc. 452 et 13, 3: *... βρόμος αὐλῶν.*

Haec satis perspicua est ratio. Cum autem *βρόμος* et *βρέμειν* verba flammae sonitum (Hom. Il. 14, 396) vel fulgores et tonitrua (Pind. Ol. 2, 42. Eur. Hipp. 1202) significent *(βροντή)*, fortasse, si quomodo deus natus sit meminerimus, ab hac ipsa re illius cognominis origo est petenda. Semelam enim fulminibus ac tonitribus cum Iuppiter appareret perterritam immaturum constat peperisse puerum[4]). Quam sententiam videmus confirmatam in Etym. M. s. v. *Βρόμιος· ὁ Διόνυσος· παρὰ τὸν βρόμον·*

---

[2]) cf. Heynii observatt. ad Apollod. Bibl. Gott. 1803. p. 578.

[3]) Eodem nomine appellatum invenies Dionysum apud Eur. Cycl. 99. 112. 123. Bacch. saepissime: 66. 84. 87. 115. 141. 329. 375. 412. 446. 536. 546. 584. 593. 629. 726. 790. 976. 1031. 1250. Phoen. 649 (Nauck). Aesch. Eum. 24 (Dind.).

[4]) Unde fluxit illud cognomen *πυριγενής*, Ignigena, quod invenimus apud Strabonem 13 p. 628 ext. Diod. 4, 5. Ov. Metam. 4, 11.



*καὶ γὰρ τῆς Σεμέλης κεραυνωθείσης ἡρπάγη ὑπὸ τοῦ Ἑρμοῦ κατὰ βούλησιν τοῦ Διὸς ἐκ μέσου τοῦ πυρός.* Posterioribus demum temporibus unam ex nutricibus Bacchi *Βρόμην* vel *Βρομίην*[5]) inde nominatam esse veri simillimum est. Falsa igitur est eorum opinio, qui Bacchum ab illa nutrice nomen accepisse putent.

Quem nunc subit laborem ut quantus sit demonstret, priores enumerantem videmus Silenum. Postquam magnam illam molestiam, qua florente iam aetate affectus est, cum furiis a Iunone agitatus nymphis montanis nutricibus relictis Bacchus abisset, commemoravit, ita pergit:

v. 5 ss. *ἔπειτά τ' ἀμφὶ γηγενῆ μάχην δορὸς*
*ἐνδέξιος σῷ ποδὶ παρασπιστὴς γεγὼς*
*Ἐγκέλαδον ἰτέαν εἰς μέσην θένων δορὶ*
*ἔκτεινα.*

De sententia nemo potest dubitare: gloriatur de clarissima re nunquam a se gesta. Enceladum enim a Minerva vel ab Iove necatum esse constat[6]). Huius magni mendacii religione quasi subito ipse obstrictus culpaeque sibi conscius Silenus ad eos fortasse, qui audiunt conversus exclamat:

*φέρ' ἴδω, τοῦτ' ἰδὼν ὄναρ λέγω;*

quamquam hunc animi motum statim retractare contendit re nova quae ad hoc facinus pertinet adiecta. Sed, ut iam dixi, difficultas, quam tollere conabimur, non est in sententia, est in ipsis verbis quaerenda. Quae enim in libris mss. leguntur verba *ἔπειτά γ'*, ea multos offenderunt interpretes atque ut varias facerent coniecturas, commoverunt. Godofredus Hermannus conicit *ἔπειθ' ὅτε* praegressa consideranti dubium esse non posse ratus, quin sic Euripides scripserit. Immo vero dubium est. Nam etiamsi particula, quae est *ἡνίκα* antecedit, tamen, quod *πρῶτον μὲν* et *ἔπειτα* sibi respondent, similem addi non opus est. Ceterum si hoc fortasse admodum durum videtur esse, sumere nobis licet poetam inceptae structurae tenorem deseruisse; quamquam haec ratio mihi non valde arridet ob orationem vehementer et, ut mihi quidem videtur, sine ulla caussa interruptam. Iam vero restat, ut perscrutemur, quid statuendum sit de particula *γέ* codicibus nobis tradita, utrum servanda sit an tollenda. Quam quaestionem ut solvamus, quid illa particula significetur necesse est expona-

---

[5]) cff. Serv. ad Virg. Ecl. 6, 15. Hyg. fab. 182.

[6]) cff. Eur. Ion. 209. Herc. fur. 908. Iph. Taur. 224. Hec. 472. Paus. VIII, 47, 1. Hor. Od. III, 56 sq. Vergil. Aen. III, 578.

mus. In vocula autem *γέ* semper inest gradatio quaedam verbi quod antecedit[7]). Neque quisquam versibus qui sequuntur prorsus neglectis, praesertim cum alterum facinus primo praeclarius intelligi liceret, quin illa notio inesset, dubitaret. Sed cum priores quos subiit labores Silenus eo tantum commemoret ac describat, ut graviorem et molestiorem illis periculis demonstret esse hanc servitutem, quam nunc in Cyclopis antro patiatur, gradationem sumere non possumus, nisi oppositione certis verbis expressa probatur. Mea igitur sententia particulam *γέ* si defenderemus, v. 10 vocula *καὶ* non apte posita, aptius vero *ἀλλὰ* vel *δὲ* desiderandum esse videretur. Cum autem ita neque Euripides scripserit, nec particula *γέ* servata talis mutatio qualis desideretur, credibilis sit, me non inconsiderate coniecisse reor, cum *γέ* tollendum et *τέ* scribendum esse contendam. Atque ea coniectura omnium est facillima, si memineris, quomodo scripserint librarii *ΓΕ = ΤΕ*. Vocula *τέ* prima enunciati pars, quae a verbis *πρῶτον μὲν* incipit arctius cum altera quae sequitur *ἔπειτα* ... coniungitur atque, ut *ἡνίκα* ad utramque partem referendum sit, efficitur.

Heathius, quem multi interpretes sunt secuti, scribendum censuit *ἔπειτα δέ*. Et dixerit fortasse quispiam hoc rectum esse, quod ob particulam quae antecedit *μὲν* post vocem *ἔπειτα* desideretur *δέ*. At non est ita. Quamquam enim cum apud alios scriptores tum apud Euripidem exempla, in quibus voces *πρῶτον μὲν — ἔπειτα δὲ* sibi respondent, saepe inveniuntur, tamen eorum numerus, in quibus haec regula negligitur, haud ita parvus est, ut ubique librarii errorem statuere liceat, velut Eurip. Hel. v. 270 ss.

> *πρῶτον μὲν οὐκ οὖσ' ἄδικος, εἰμὶ δυσκλεής·*
> *καὶ τοῦτο μεῖζον τῆς ἀληθείας κακόν,*
> *ὅστις τὰ μὴ προσόντα κέκτηται κακά.*
> *ἔπειτα πατρίδος θεοί μ' ἀφιδρύσαντο γῆς*
> *εἰς βάρβαρ' ἤθη, κτλ.*

cff. Bacch. 495. Hec. 359. Heraclid. 834. Rhes. 977. Ar. Vesp. 1280. Aesch. Pers. 523 ed. Dind.

*ἰτέαν εἰς μέσην θένων δορὶ κτλ.* Omnes fere interpretes Elmsleio duce praepositionem *εἰς* deleverunt, ego eam servandam esse arbitror. Metrum dicunt quominus illa teneatur prohibere, quoniam *ι* littera vocis *ἰτέα* longa sit. Quod cum ita

---

[7]) cff. Bernhardy W. S. p. 484 ss. Krüger Gr. Gr. § 69, 15. Matthiae § 602 p. 1206 ed. IIae Herm. ad Vig. 825.



sit, nihil sequitur, nisi ut *ἰτέαν* per synizesin pro bisyllabo habendum sit, velut saepius *θέα* et *θεὰ* voces monosyllabae fiunt:

> Eur. Andr. 260: *σφάζ', αἱμάτου θεᾶς βωμόν, ἥ μέτεισί σε.*
> ib. 311: *σὲ μὲν γὰρ ηὔχεις θεᾶς βρέτας σώσειν τόδε.*
> ib. 978: ... *τάς θ' αἱματωποὺς θεὰς ὀνειδίζων ἐμοί.*

Quod cadit etiam in alia nomina:

> [Eur.] Rhes. 585: *οὐκοῦν ἐπ' Αἰνέαν ἢ τὸν ἔχθιστον Φρυγῶν*
> *Πάριν μολόντε χρὴ καρατομεῖν ξίφει.*

cff. ib. v. 90: *Αἰνέα*. Hom. Il. XIII, 541: *Αἰνέας*. Soph. Oed. Col. 1073: *Ῥέας*. cf. Eur. Bacch. 132. Hom. Il. XII, 381. XV. 187: *Ῥέα* al.[8]).

Deinde quin *θενὼν* pro librorum mss. scriptura quae est *θένων* scribendum sit, interpretes verbum *θένειν* omnino non inveniri opinantes non dubitant. Mihi contra vividiorem spectanti narrationis colorem, qui hac ratione oritur, praesentis temporis participium in Sileni sermonem videtur quadrare. Qui autem putent verbum illud *θένειν* omnino non exstare, eorum opinio loco refutatur Theocriteo (XX, 66 ed. Ahrens) ubi sine dubio *θένων* servandum est:

> *πυγμάχος, ἢ καὶ ποσσὶ θένων σκέλος, ἅμματα δ' ὀρθά;*

Quale iudicium de Aristophanis versu, qui in equitum comoedia legitur 640:

> ...... *κᾆτα τῷ πρωκτῷ θένων*
> *τὴν κιγκλίδ' ἐξήραξα,* ....

facere non dubito.

v. 12. *ὁδηθείης* forma est ab Hesychio verbis *ληφθείης, πραθείης* explicata et a verbo *ὁδάω*, vel, ut grammatici dicunt veteres, *ὁδέω = πωλέω* derivanda. In Cyclopis et in Alopae fabula, quam Blomfieldius in gloss. Choëph. ad. v. 122 et Pflugkius in diurn. scholast. a. 1831 II. n. 3. ipsam satyricam esse monent, hoc verbo usum esse Euripidem Photius est testis. Praeter hunc quem tractamus locum verbo usus est poeta vv. 98 et 133.

v. 13. *ἐγὼ πυθόμενος σὺν τέκνοισι ναυστολῶ κτλ.* Libris traditum est: *πειθόμενος (πυθόμενος* m. s.*) οὖν γε* (sed haec addita a m. s.) *σὺν τέκνοισι ναυστολῶ* B. *ἐγὼ πυθόμενος σὺν τέκνοισι ναυστολῶ* C et Ald. Kirchhoffius dubitat, annon scri-

---

[8]) cff. Krüg. Gr. Gr. II § 13, 3 not. 3. § 18, 4 not. 9. Matth. I p. 92 et 126. Erfurt ad Soph. Antig. 95 et praef. IX. Brunck ad Aristoph. Ran. 1243.

ptura codicis C a correctore sit, praecipue pronomine *ἐγὼ* offensus. Non ita mihi quidem videtur, immo vero illud pronomen prorsus necessarium et cum verbis quae subsequuntur *σὺν τέκνοισι* coniungendum, quod Silenus pro sua iactatione, qua per totam fabulam uti solet, suum factum cum Iunonis studet componere: „postquam Iuno tibi latronum genus immisit, ut procul venires, ego cum liberis meis navigavi". Quod codice B nobis traditum est *οὖν γε*, facile, unde fluxerit, intelliget, qui posteriora inspexerit. Sequuntur enim verba *σὺν τέκνοισι*, quorum litterae *CΥN TE* tantam cum voculis *OΥN ΓE* praebent similitudinem, ut e librarii cuiusdam socordia et negligentia iisdem litteris iterum scriptis perfacile potuerint oriri.

v. 14 ss. *ἐν πρύμνῃ δ' ἄκρᾳ*
*αὐτὸς λαβὼν εὐθῦνον ἀμφῆρες δόρυ,*
*παῖδές τ' ἐπ' ἐρετμοῖς ἥμενοι γλαυκὴν ἅλα*
*ῥοθίοισι λευκαίνοντες ἐζήτουν σ' ἄναξ.*

Quaestio de hoc loco tripertita oritur, prima utrum vox *λαβὼν* tenenda sit necne, quacum quaestione altera est coniuncta, quid significet *ἀμφῆρες δόρυ*, tertia denique quid statuendum sit de dandi casu, qui libris mss. est traditus *ἐρετμοῖς*. Iam Scaliger vir clarissimus, quem God. Hermannus est secutus, *λαβὼν* non rectum esse, sed *λαχὼν* scribendum monet, cuius coniecturae defendendae caussa hic addit „*δόρυ* ne quis contum esse putet, prohiberi adiecto quod est *ἀμφῆρες*". Sed quid hac mutatione in difficultate eruenda profecerimus libere confiteor me non satis intelligere. Nam sive *λαβὼν* sive *λαχὼν* „sumens sive nactus, sortitus" scribis, idem est, propterea quod Silenum navem iam nactum esse e prioribus elucet:

*ἐγὼ πυθόμενος σὺν τέκνοισι ναυστολῶ . . .*

non autem potest navi vehi, qui navem non nactus est. Itaque crux interpretis non in illo verbo *λαβὼν*, sed in recta interpretatione dictionis quae est *ἀμφῆρες δόρυ* videtur esse posita. Qua dictione hoc loco navis, ut multi contendunt, significari nequit, sed gubernaculum navis. Neque quominus sic statuamus prohibet illud quod adiectum est *ἀμφῆρες*, immo vero instat et urget. Ac primum quidem si quaerimus significationem, *δόρυ* quodlibet lignum, arbor, truncus, trabs est, unde facile deducitur notio gubernaculi, cuius formam antiquissimis temporibus trabi simillimam fuisse arbitror, *ἀμφῆρες* autem (*ἀμφὶ* et *ἄρω*) omne significat, quod utrinque est bene compositum coniunctum firmatum, velut *ἀμφήρη ξύλα* de rogo undique lignis circumdato Eur. Herc. fur. 243. — *σκηναὶ ἀμφ.* Ion. 1126. — *αὐλὸς ἀμφήρης· ὁ ἑκατέραις χερσὶ κατεχόμενος καὶ σύμφωνος. καὶ στόμα ἀμφῆρες ἀμφοτέραις γνάθοις ὁμοίως ἐσθίον.*



Etym. M.[9]). Cum igitur navis veterum ita esset instructa, ut — aliter atque apud nostrates — duobus latissimis remis in utramque puppis partem insertis atque ligno transversario supra coniunctis dirigeretur[10]), gubernaculum, ut mihi certe videtur, aptissime verbis potuit appellari, quae sunt *ἀμφῆρες δόρυ*. Deinde vero si spectemus sententiam, nonne est veri similius poetam, qui paullo ante dicit *ἐν πρύμνῃ ἄκρᾳ αὐτὸς λαβὼν . . .*, praesertim cum postea liberorum faciat mentionem, qui remis utuntur, illis verbis significatum voluisse gubernaculum, quam totam navem? Denique aliquid fortasse ad sententiam meam confirmandam locus valet Aeschyli (Pers. 411 Dind.):

*ἐπ' ἄλλην* (sc. *ναῦν*) *ἄλλος ηὔθυνεν δόρυ,*

in quo quin *δόρυ* gubernaculum significet certe nihil obstat.

Iam vero totam si contemplemur sententiam codicum scriptura quae est *εὔθυνον* ad ea quae sequuntur non videtur quadrare, propterea quod „*αὐτὸς — εὔθυνον* et *παῖδες — ἐζήτουν*" nullo modo aut opponi inter se aut omnino coniungi possunt. Cum igitur ad utramque partem *ἐζήτουν* verbum pertinere appareat[11]), facillimam vocis *εὔθυνον* mutationem esse puto, cum pro tempore imperfecto participium scribam, quod est *εὐθῦνον*.

Tertia restat quaestio, quae est de dativo illo *ἐρετμοῖς*. Scripturam codicum defendentibus est videndum, possitne coniungi cum verbo *ἥμενοι* an cum posterioribus *ῥοθίοισι λευκαίνοντες*. Dativum si coniungamus cum verbo *ἥμενοι*, locus significetur necesse est. Quae interpretatio hanc ob caussam omnino ferri non potest, quod nautas in remis sedere nemo solet dicere, sed potius ad remos, quae notio in solo dativo non inest. Itaque dici nequit *ἐρετμοῖς ἧσθαι*. Sin autem, ut Franckius, qui „*ῥοθίοισι λευκαίνοντες*" non ferendum censet, sublata interpunctione coniungamus verba *ἐρετμοῖς ῥοθίοισι λευκαίνοντες*, duabus rebus offendimur. Nam non solum nomen substantivum a suo adiectivo adeo est remotum, sed etiam, quod summum est,

---

9) Similia vocabula cum eodem verbo (*ἄρω*) composita haec sunt:
*ἀντήρης* Eur. Troad. 221: *ἀ. χώρα*. Phoen. 1367.
*εὐήρης* Hom. Od. XI, 121. 129. XII, 15. XXIII, 268: *εὐ. ἐρετμόν.*
*ξιφήρης* Eur. El. 225. Or. 1272: *θῆρες ξ.* Phoen. 363: *ξ. χείρ.*
*συνήρης* Nicand. alex. 512: *σ. δαίς.*

10) cf. Montfaucon Antiq. T. IV, P. 2, p. 203 sqq.

11) cf. Matth. Gr. Gr. § 229 ext. p. 598 s.

eius verbi quod solum est positum, ἥμενοι, desideratur contrarium. Etenim apud Homerum, e cuius Odyssea Franckius ille exemplum attulit (XII, 180):

αὐτοὶ δ' ἑζόμενοι πολιὴν ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς.

recte socii Ulixis dicuntur ἑζόμενοι, propterea quod ipse stat „ὀρθὸς ἐν ἱστοπέδῃ“. Quae cum ita sint cum neque ἐρετμοῖς ἧσθαι dici, neque „ἐρετμοῖς“ et „ῥοθίοισι“ coniungi possint, maxime mihi arridet simplex illa Seidleri coniectura „παῖδές τ' ἐπ' ἐρετμοῖς ἥμενοι“, quae sententiam reddit probabilem. Nomen autem adiectivum quod est ῥόθιος etiam sine substantivo posse usurpari locus hic demonstrat ex Euripidis Iphig. Taur. desumptus:

(v. 1387) λάβεσθε κώπης ῥόθιά τ' ἐκλευκαίνετε.

v. 21. μωνῶπες pro μόνωπες quod codicibus est traditum scribendum esse iam versu 644 μονῶπα παῖδα demonstratur.

v. 27. παῖδες μὲν οὖν μοι κτλ. cum libris mss. lego. Nam caussa quam God. Hermannus affert, qui Scaligeri coniecturam οὔ 'μοι probat, „μὲν οὖν poni non posse, cum quod universe designatum sit, id deinde per partes explicetur“, mihi non satis videtur esse firma propter exempla nonnulla, quae apud Euripidem inveni similia, velut

Phoen. 942 ss. σὺ δ' ἐνθάδ' ἡμῖν λοιπὸς εἶ σπαρτῶν γένους
ἀκέραιος, ἔκ τε μητρὸς ἀρσένων τ' ἄπο,
οἵ σοί τε παῖδες. Αἵμονος μὲν οὖν γάμοι
σφαγὰς ἀπείργουσ'· οὐ γάρ ἐστιν ἤϑεος·
οὗτος δὲ πῶλος τῇδ' ἀνειμένος πόλει
ϑανὼν πατρῴαν γαῖαν ἐκσώσειεν ἄν.

Ion. 51. Soph. O. T. 843, ed. Schneidew.

Ceterum si omnino corrigenda esset librorum scriptura, pro vocula οὖν scribere mallem νῦν, non modo quod in litteris maior est similitudo[12]), sed etiam quod magis spectat ad sententiam et cum particula μὲν coniuncta saepissime in fabulis Euripideis legitur.

v. 28. νέμουσι μῆλα νέα νέοι πεφυκότες. Piersonus librorum mss. scripturam quae est νέα νέοι ferri non posse ratus „νεανίαι“ scripsit. Coniecturam quamvis sit facillima atque interpretibus novissimis probata, tamen neque aptam neque omnino necessariam existimo. Silenus enim suam mihi videtur aetatem comparare cum filio-

[12]) cf. Eur. Med. 504. νῦν cod. Havn. οὖν Par. A. Pal. Vat.



rum et ovium quas illi pascunt. Praeterea vox νεανίαι otiosum ac supervacaneum praebet additamentum.

v. 30. Librorum scripturam quae est μένων nonnulli interpretes „insulsam et sensu vacuam“ appellant, quod ei verbum νέοι, vel ut alii volunt, νεανίαι oppositum esse credunt. Minime. Nimirum est oppositio, sed non inest in illis verbis, verum etiam in „μένων“ et „νέμουσι“: liberi oves pascunt, ego domi mansi. Accedit quod, si codicum sequamur auctoritatem, lusus quidam verborum oritur, qui non abhorret a Sileni moribus. Eodem versu sine dubitatione cum codd. vestigiis God. Hermanni ingressus scribendum reor τῷ τε, quod duplex munus suum esse Silenus dicit, alterum ut alveos impleat, ad quos potum agantur oves verratque antrum, alterum ut coenam ornet atque apparet Cyclopi.

v. 32. Non est, cur ad voces τὰ προςταχϑέντα, ut Hartungio placet, suppleamus μὲ πράττειν, duas enunciationes in unam contractas esse rati; τὰ προςταχϑέντα enunciati est subiectum, cuius explicandi caussa verba sequuntur σαίρειν σιδηρᾷ τῇδέ μ' ἁρπάγῃ δόμους.

v. 37. κρότος σικιννίδων. Ut in tragoedia chori motus ἐμμέλεια, in comoedia κόρδαξ, sic satyrorum σίκιννις appellari solebat[13]). Grammatici veteres propter motus celerrimos vocem a verbo σείεσϑαι deducendam esse putabant. Veri autem est similius eam manasse e vocabulo σίκκος, quod Hesychio idem significat atque κοῦφος „saliens“[14]). Quam saltationem et cupiditatibus et gestibus vacasse Athenaeus[15]) refert.

In iis quae sequuntur Silenus rei facit mentionem, de qua apud Hyginum (fab. 129) haec legimus: „Liber cum ad Oeneum Parthaonis filium in hospitium venisset, Althaeam Thestii filiam, uxorem Oenei adamavit. Quod Oeneus ut sensit, voluntate sua ex urbe excessit simulatque se sacra facere. At Liber cum Althaea concubuit, ex qua nata est Deianira. Oeneo autem ob hospitium liberale muneri vitem dedit monstravitque quomodo sereret: fructumque eius ex nomine hospitis oenos ut

[13]) Luc. de saltat. 26: δοκεῖς δέ μοι, ὅταν κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ἐπαινῇς, ἐπιλελῆσϑαι, ὅτι καὶ ἐν ἑκατέρᾳ ἐκείνων ὀρχήσεως ἴδιόν τε εἶδός ἐστιν, οἷον τραγικῇ μὲν ἡ ἐμμέλεια, κωμῳδικῇ δὲ ὁ κόρδαξ, ἐνίοτε δὲ καὶ τρίτης σικίννιδος προςλαμβανομένης. Sommerbrodt, de triplici pantomimorum genere, Liegnitz 1843, p. XXI, Dion. H. ant. 7, 72.

[14]) Alii aliter hanc saltationis significationem ortam esse putant. cff. Arrian. ap. Eust. p. 1078, 20. Hoeck, Kreta I p. 209 sq. Lobeck, Aglaoph. p. 1126, m. Athen. I p. 20 E. XIV p. 630 B.

[15]) cf. Athen. XIV, 618. 629D.

vocaretur instituit". Quae res fabulis satyricis tractata videtur esse[16]. In huius rei descriptione voce *κῶμοι* interpretes sunt offensi et alii ut *κώμοις*, alii ut *κώμῳ* scriberent adducti. At si accurate significationem huius vocis perpenderimus, librorum mss. scripturam defendi posse inveniemus. *κῶμοι* enim h. l. non pro usitata illa significatione sunt epulae cum musice ac saltatione coniunctae, sed potius catervae, examina, velut in Eur. Hipp. v. 55: *προςπόλων κῶμος*. Hel. 1469: *κῶμοι Ὑακίνθου*. Suppl. 390: *κῶμος ἀσπιδηφόρος*. Ion. 1197: *πτηνὸς κῶμος πελειῶν*. Troad. 1184: *ὁμηλίκων κῶμοι*. Phoen. 79: *κῶμος ἀναυλότατος*. Aesch. Ag. 1189: *κῶμος Ἐρινύων*. Itaque loci sententiam hanc esse contendo: . . . . „wie ihr als dem Bacchus beigesellte Schwärme in Althaea's Haus einkehrtet".

Cum Silenus munere sibi mandato fungens voluptatum memor, quibus antea fruebatur, conditionem servitutis deploret miserrimam, Satyri, quos ille iam procul viderat, saltantes in scenam progressi pastorum more agendo et vociferando pecora in speluncam compellere student. Tum hi quoque praesentem sortem vehementer lugere incipiunt et Dionysum invocantes eius amicitiam ac societatem ardenter cupiunt rursus sibi comparare. Sunt igitur duae partes discernendae, quarum altera pertinet ad ovium gregem, altera ad Bacchi laudem.

Sed priusquam in hoc canticum accuratius inquiramus, de metro quo usus est poeta perpauca disseramus oportet. Versus enim facile possunt intelligi, quod omnes fere sunt logaoedici cum dactylo tertio loco posito iambica vel spondiaca basi instructi[17] hoc modo:

str. – – – – – ⏑ ⏑ – *πᾶ δὴ γενναίων πατέρων*
– – – – ⏑ ⏑ – *γενναίων δ' ἐκ τοκάδων,*
– – – – – ⏑ ⏑ – *πᾶ δή μοι νίσῃ σκοπέλους;*
⏒ – ⏑ – ⏑ ⏑ – – *οὐ τᾶδ' ὑπήνεμος αὔρα*
– – ⏒ – ⏑ ⏑ – *καὶ ποιηρὰ βοτάνα,*
⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – *δινᾶέν θ' ὕδωρ ποταμῶν*
– – – – – ⏑ ⏑ – *ἐν πίστραις κεῖται πέλας ἄν-*
– – – – – ⏑ ⏑ – *τρων, οὗ σοι βλαχαὶ τεκέων;*
– ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – *ψίττα· σὺ τάδ', οὐ σὺ τᾶδε νεμῇ*
⏑ – ⏑ ⏑ – – – *κλιτὺν δροσεράν. ὠή,*

[16]) cf. Welcker in appendice trilog. p. 298.
[17]) cf. Rossbach Metr. p. 482. 494 sq.



– – – ⏑ – ⏑ ⏑ – *ἢ ῥίψω πέτρον τάχα σου·*
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – *ὕπαγ' ὦ ὕπαγ' ὦ κεράστα,*
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – *μηλοβότα στασιωρὸς*
⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – *Κύκλωπος ἀγροβάτα.*

Ant. *σπαργῶντας μαστοὺς χάλασον·*
*δέξαι θηλαῖσι γόνας,*
*ἃς λείπεις ἀγνῶν θαλάμοις.*
*ποθοῦσί σ' ἁμερόκοιτοι*
*βλαχαὶ σμικρῶν τεκέων.*
*εἰς αὐλάν ποτ' ἀμφιβαλεῖς*
*ποιηροὺς λιποῦσα νομοὺς*
*Αἰτναίων εἴσω σκοπέλων;*
*ψίττα· σὺ τάδ', οὐ σὺ τᾶδε νεμῇ*
*κλιτὺν δροσεράν. ὠή, κτλ.*

Ep. – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – *οὐ τάδε Βρόμιος, οὐ τάδε χοροὶ*
– – ⏑ – ⏑ ⏑ – *βάκχαι τε θυρσοφόροι,*
– – ⏑ – ⏑ ⏑ – – *οὐ τυμπάνων ἀλαλαγμοὶ*
– – – – ⏑ ⏑ – *κρήναις παρ' ὑδροχύτοις,*
– – – – – ⏑ ⏑ – *οὐκ οἶνου χλωραὶ σταγόνες*
– – – – ⏑ ⏑ – – *οὐδ' ἐν Νύσᾳ μετὰ Νυμφᾶν*
⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – *ἴακχον, ἴακχον ᾠδὰν*
– – – – ⏑ ⏑ – – *μέλπω πρὸς τὰν Ἀφροδίταν,*
– – – – ⏑ ⏑ – *ἂν θηρεύων πετόμαν*
– – – – ⏑ ⏑ – *βάκχαις σὺν λευκόποσιν.*
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – – ⏑ – – – ⏑ ⏑ – *ὦ φίλος ὦ φίλε Βακχεῖε, ποῖ οἰοπόλος*
– – – – – – *ξανθὰν χαίταν σείεις;*
⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – *ἐγὼ δ' ὁ σὸς πρόπολος*
– – – ⏑ – ⏑ *θητεύω Κύκλωπι*
– ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – – *τῷ μονοδέρκτᾳ δοῦλος ἀλαίνων*
– – ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – *σὺν τᾷδε τράγου χλαίνᾳ μελέᾳ*
– – – ⏑ ⏑ – *σᾶς χωρὶς φιλίας.*

v. 41. *πᾶ δὴ γενναίων πατέρων.* Libris traditum est: *πᾷ δή μοι γενναίων μὲν πατέρων.* Quaestionum quae h. l. oriuntur prima est, sitne *πᾷ* vocula cum iota

subscripto scribenda an non. Sunt quidem non pauci, qui dativum esse putent ideoque iota subscriptum defendant; at non est ita. Non enim sunt illae voculae velut *πᾶ, τᾶδε, ἄλλῃ, πάντῃ, κρύφῃ, εἴκῃ* al. dativi, sed potius alius generis masculini casus, quem grammatici instrumentalem dicunt, relliquiae. Namque dativi si essent, deduci non possent illae voces, nisi e genere feminino. Quod verum non esse satis mihi videtur demonstrari *πάντῃ* vocula, quae si a genere feminino esset derivata, non ita, sed *πάσῃ* scriberetur oporteret. In omnibus igitur eiusmodi vocibus iota est delendum. Altera est quaestio, utrum *δή* servandum sit an *μοι*, quia ob metrum alterutrum potest teneri. Cum autem versus qui sequitur ab iisdem incipiat voculis *πᾶ δή*, quales repetitiones usitatissimae sunt in canticis, atque praeterea *πᾶ δὴ* non raro coniunguntur, *δὴ* aptius teneri crediderim quam *μοι*. Sed praeter hanc voculam etiam *μὲν* delendum est, quod cum metro pugnat. Unde ortum sit restat ut videamus. Fortasse e versu qui sequitur *γενναίων τ' ἐκ τοκάδων* fluxit corruptela. In archetypo enim, quo librarius quidam usus est, scriptum esse censeo *δ' ἐκ*, qua particula, ut *μὲν* in versum qui antecedit insereret, ille est commotus.

v. 48. Cum libris legendum puto *οὔ σοι*. Quamvis enim ego quoque Casauboni viri clarissimi coniecturam *οὗ σοι* et facilem et ingeniosam esse lubenter concedam, tamen cum librorum scriptura non modo defendi possit, sed ad totius loci sententiam ac structuram magis quadret, eam servandam esse contendo. Videtur poeta eadem dicendi ratione atque antea usus ut priore loco *πᾶ*, sic *οὐ* repetisse. Duo caussarum quasi genera enumerat, quorum alterum ad exteriora velut pratum gramina „*ὑπήνεμος αὔρα καὶ ποιηρὰ βοτάνα δινᾶεν θ' ὕδωρ ποταμῶν*“ spectat, alterum ad interiora, desiderium agnorum „*βλαχαὶ τεκέων*“. Sine dubitatione hae enunciationes sunt interrogantis vel exclamantis: „Nonne pratum arvumque amoenum antro proximum, nonne clamor agnorum in stabulum vos pellit?“

Reliqua (vv. 49—54) quomodo corrigenda sint, qui hos versus antistrophi versibus (63—68) respondere putat, non facile intelliget, nisi totum canticum permultis atque audacissimis coniecturis perverterit et contorserit. Quae cum ita sint, vv. 63—68 antistrophi finem formare nequeunt, quod et metro et sententiarum nexu demonstratur; formant vero exordium epodi. Post versum enim 62 quin versus illi priores 49—54, quos olim lectos librarii vel omiserint vel signo quodam significaverint, repetendi sint, non dubito. Quod non errore, sed consulto factum esse ab illis librariis, qui repetita iterum describerent non oportere putarent, complura exempla ex Aeschyli aliorumque poetarum operibus desumpta ostendunt. Aesch. Ag. 121. 139. 159 Dind.:



*αἴλινον αἴλινον εἰπέ, τὸ δ' εὖ νικάτω.*

ib. 1488—96 = 1513—20:

*ἰὼ ἰὼ βασιλεῦ βασιλεῦ,*
*πῶς σε δακρύσω;*
*φρενὸς ἐκ φιλίας τί ποτ' εἴπω;*
*κεῖσαι δ' ἀράχνης ἐν ὑφάσματι τῷδ'*
*ἀσεβεῖ θανάτῳ βίον ἐκπνέων.*
*ὤμοι μοι κοίταν τάνδ' ἀνελεύθερον*
*δολίῳ μόρῳ δαμεὶς*
*ἐκ χερὸς ἀμφιτόμῳ βελέμνῳ.*

Choeph. 961 = 972:

*πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν.*

Eum. 329—33 = 341—45:

*ἐπὶ δὲ τῷ τεθυμένῳ τόδε μέλος*
*παρακοπά, παραφορὰ φρενοδαλής,*
*ὕμνος ἐξ Ἐρινύων,*
*δέσμιος φρενῶν, ἀφόρμικτος, αὑονὰ βροτοῖς.*

ib. 1043 = 1047: *ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς.* cf. ib. 1035. 1039.
Pers. 664 = 671: *βάσκε πάτερ ἄκακε Δαρειάν, οἶ.*
Suppl. 141—43 = 151—53:

*σπέρμα σεμνᾶς μέγα ματρὸς*
*εὐνὰς ἀνδρῶν, ἐὲ,*
*ἄγαμον ἀδάματον ἐκφυγεῖν.*

cff. ib. 119 = 130. 162—66 = 175—79. 889—92 = 898—901.
Aristoph. Ach. 1227 sqq.

*τήνελλα καλλίνικος.*

Versus intercalares — sive ut Graeco verbo utar *το ἐπιφώνημα* — e carmine, quod cum Ovidio populare appello, in tragoediam transierunt et saepius adhiberi solebant. Singula carmina popularia suis erant instructa versibus intercalaribus: *αἴλινε, αἴλινε* quae Lino erant dedicata, *ἰὼ Βάκχε, ἰὼ Βάκχε* quae Dionyso. Consilium si quaeramus quale fuerit in eiusmodi repetitionibus, id erat, ut paucis verbis totius carminis quasi fundamentum esset expressum, quo niterentur cetera. Hoc Cyclopis fabulae loco hi versus intercalares eo magis desiderantur, quod satyri pastorum instar canunt, quorum in carminibus tales repetitiones usitatas fuisse poetae Bucolici

testantur. Porro illis versibus, quos hoc in cantico intercalares esse contendimus, quique solent esse referti exclamationibus et interiectionibus, nihil aliud exprimitur, nisi quae iam antea satis accurate sunt dicta.

Iam vero restat, ut, cur propter sententiarum nexum vv. 63—68, quos antistrophi esse plurimi putent interpretes, sint reiciendi, demonstremus. Ac primum quidem cum consideremus stropham et antistrophum atque inter se comparemus, accuratissime et metrum et sententiae se excipiunt ac sibi respondent vv. 41—48 et 55—62. Quibus in versibus nihil dicunt vel canunt satyri, nisi quod ad ovium gregem attinet, quem in stabulum vel antrum pulsuri sunt. Postulant enim, ut relinquant „gramina campi“ et ad antrum redeant pabuli plenum, ubi agni vehementer mammas desiderant matresque alto balatu arcessere student. Neque hac in re praetereunda sunt verba simillima in stropha et antistropho posita:

str. *βλαχαὶ τεκέων* antistr. *βλαχαὶ σμικρῶν τεκέων*
str. *ποιηρὰ βοτάνα* antistr. *ποιηροὺς λιποῦσα νομούς.*

Deinde autem hos versus, quos repetendos esse censeo, cum ipsa stropha non cohaerere, sed tantum versus esse intercalares, evidentissime patet eo, quod v. 48 strophae

*οὔ σοι βλαχαὶ τεκέων;*

et v. 55 antistrophi:

*σπαργῶντας μαστοὺς χάλασον κτλ.*

versibus 49—54 plane neglectis arctissime inter se sunt coniuncti. Contra si vv. 49—54 intercalares esse negemus, coniunctionem inter stropham et antistrophum omnem dirimimus nec quomodo sententiae strophae et antistrophi se excipiant, possumus videre. Nam ut coniunctio inter v. 54 et 55 demonstretur et explicetur, multis rebus iisque non simplicibus opus est, coniunctio inter v. 48 et 55 omnium est simplicissima, per se intelligitur.

Accedit denique quod vv. 62—68, qui vv. 49—54 respondere dicuntur, prorsus aliae res describuntur plane ab illis diversae: in stropha de ovibus, in antistropho de Baccho agitur. Quo tandem modo res tam diversae, sibi possunt respondere! Nonne igitur veri est similius et simplicius atque sententiis accommodatius his versibus exordium formari epodi, quae apte sic continuatur: *ἴακχον ἴακχον ᾠδὰν κτλ.?* Itaque facere non possum, quin Kirchhoffio assentiar, qui primus sententiam protulit mihi probatam.

Postquam igitur in universum de hoc loco egimus, singula perlustremus oportet.



v. 49. *ψίττα* pro *ψύττα* scribere maluerim Hesychio[18]) et Theocrito[19]) testibus.

ib. *οὐ τάδ' οὔ οὐτᾶδε νέμη* B *οὐ τᾷδ' οὐ οὐ τᾷδε νέμῃ* C sec. Vict. et app. Parr. Varie hunc locum temptaverunt interpretes, quorum clarissimus Hermannus, ut stropha antistropho responderet, qua in re doctissimum virum errasse iam vidimus, scripsit: *τάδ' οὐ σύ γ' οὐ τάδε νεμεῖ,* Iacobs in animadvv. in Eurip. tragg. et fragm. tom. II p. 158: *οὐ τάδ' οὔτ' αὖ τάδε νέμῃ,* Kirchhoffius: *σὺ τᾷδ' οὔ, οὐ τᾷδε νεμῇ,* Nauckius: *σὺ τάδ' οὔ, κοὐ τάδε νεμεῖ.* Locum corruptum esse nemo non videt neque interpretes quale sit vitium fugit. Inest enim in vocula *οὐ*, quam hoc vel illo loco in pronomen *σὺ* mutaverunt. Ego quidem non solum uno vel altero loco, sed utroque „*οὐ*“ in „*σὺ*“ mutaverim. Nam satyri ex ovibus quas pascunt singulas, quae et ad dexteram et ad sinistram de via declinant, tanquam compellantes alloquuntur et repellere conantur, qua in re *σὺ* multo aptius videtur quam *οὐ*. Neque praeeunte vocula *οὔ* difficilis erat talis confusio. Accusativum qui sequitur *κλιτὺν δροσερὰν* cum „*νεμῇ*“ coniungendum existimo. Si praeterea post interiectionem quae est *ὠὴ* excidisse ponamus voculam *ἦ*, quod propter praecedentem litteram perfacile potuit fieri, totum hunc locum ita scribemus:

*ψίττα· σὺ τάδ', οὐ σὺ τᾶδε νεμῇ*
*κλιτὺν δροσεράν. ὠή,*
*ἦ ῥίψω πέτρον τάχα σου·*

„Heda! Du hieher, nicht du sollst dort den feuchten Abhang weiden. He, oder ich werde dich sogleich mit einem Steine werfen.“ Verba autem quae in codice B leguntur post *ὠὴ* interiectionem *οὔτ' οὖν* vel *οὔτ' αὖ* non genuina habenda esse arbitror, sed inserta a metrico quodam versuum responsionem quae non est restituere conanti.

Postquam satyri ovibus, nisi recedant in stabulum, lapidibus minati sunt, arietem ut praeeat postulant:

*ὕπαγ' ὦ ὕπαγ' ὦ κεράστα,*
*μηλοβότα στασιωρὸς*
*Κύκλωπος ἀγροβάτα.*

---

[18]) *σίττα· ἐπιφώνημα αἰξίν. — ψίττον· ταχέως, εὐθέως.*
[19]) Id. IV, 45—46 ed. Ahrens: *σίτθ' ὁ Λέπαργος,*
*σίτθ' ἁ κυμαίθα ποτὶ τὸν λόφον.*

Difficilis est hic locus intellectu atque iis praecipue, qui sibi ut singulos versus antistropho respondere oporteat persuaserint. Nos vero Kirchhoffii sententiam probantes verba habemus minus corrupta. Nimirum pro „στασίωρον“, quod libris mss. traditur, quia explicari excutique nequit, legi necesse est στασιωρός[20]), quod verbum ad totius loci sententiam est aptissimum. Nam στασιωρὸς vocandi casum esse censeo, qua in re nos offendere non potest, quod nominativi forma cum vocativi est coniuncta, quae structura non raro invenitur, etiamsi alterum verbum formam habet singularem pro vocativo usitatam[21]), velut Eur. El. 585:

ἔμολες ἔμολες, ὦ χρόνιος ἁμέρα, . .

Soph. Ai. 529: ἀλλ', ὦ φίλ' Αἴας, πάντ' ἔγωγε πείσομαι.
ib. 923: ὦ δύςμορ' Αἴας, οἷος ὢν οἵως ἔχεις, . .
Hom. Il. IV, 189: αἲ γὰρ δὴ οὕτως εἴη, φίλος ὦ Μενέλαε.
cff. ib. I, 231. III, 277. Eur. Alc. 569. Andr. 530. 1186. 1205. Hel. 461. 623. 1399. Iphig. Aul. 1570 (V. L.) Cycl. 74. Soph. Ai. 368. 485. 977. 999 (Schn.). Phil. 254.

Itaque μηλοβότα στασιωρὸς vocativum esse censeo, ἀγροβάτα genetivum[22]). Neque enim ἀγροβάτα explicatio est vocis μηλοβότα, ut Hartungio placet, sed ἀγροβάτης est is, qui ruri incedit, Cyclops, qui venandi caussa abest.

Ineunte antistropho verba μοι τοὺς quae post „σπαργῶντας“ leguntur postea demum addita esse manifestum est. Plane sunt supervacanea et fortasse e stropha deducta.

v. 56. θηλαῖσι σπόρας librorum est scriptura, quae quominus teneatur metrum obstat. Ego quidem γόνας scribendum esse coniecerim. Quam coniecturam Godofredus Hermannus improbat hanc vocem a poeta scribi non potuisse ratus, quod

---

[20]) Hoc vocabulum eo modo est formatum quo
θυρωρός Aesch. Choeph. 558. Her. I, 120. Plat. Phil. 62. C.
πυλωρός Aesch. Spt. 603. Soph. Ai. 559, πυλωρὸς ναῶν Eur. Iph. Taur. 1227, π. δομάτων ib. 1153. Herc. f. 1277.
ὑλωρός Aristot. Pol. VI, 8 = ἀγρονόμος.
ὑλῃωρός silvae custos (Πάν) Leonid. Tarent. 17.
νεωρός navium custos Hesych.

[21]) cff. Krüger Gr. Gr. I, § 14, 5, not. 1. § 45, 5. II, § 45, not. 2 et 3. Matthiae Gr. Gr. p. 149, ed. 2dae.

[22]) velut Eur. Andr. 486:

ἔδειξεν ἡ λάκαινα τοῦ στρατηλάτα
Μενέλα·



nemo crederet „σπόρας“ eius esse interpretationem. Quamvis hoc verum esse celeberrimo viro lubenter concedam, tamen facere non possum, quin dubitem, num omnino hoc vitium ex interpretatione fluxerit. Nulla enim mihi videtur esse interpretatio, sed simplex litterarum permutatio orta e repetita syllaba ΣΙ et falsa explicatione: ΣΠΟΡΑΣ = ΣΙΓΟΝΑΣ.

v. 60. εἰς αὐλάν ποτ' ἀμφιβαλεῖς. ἀμφιβαίνεις B ἀμφιβάλεις C et Ald. Cum omnium de hoc loco interpretum coniecturas atque sententias enumerare ac recensere et pigeat et supervacaneum sit, ea tantum proferre liceat, quae mihi accuratiore disputatione digna videntur esse. Ac primum quidem quid verba codd. nobis tradita ἀμφιβαίνειν et ἀμφιβάλλειν significent, est videndum. Ἀμφιβαίνειν quod semper circumeundi habet notionem, prorsus non aptum est ad hunc locum. Neque aliter res habere videtur in altero verbo ἀμφιβάλλειν, in quo inest vis circumiciendi, circumponendi, induendi, amplectendi. Cum autem apud scriptores posteriores Polybium, Aelianum, Alciphronem significationem dubitandi ad hunc locum aptissimam inveniamus (= ἀμφιςβητεῖν), eam Euripidis iam tempore notam fuisse crediderim quamvis raro usurpatam[23]). Itaque locum sic interpretandum esse censeo: in stabulum ire forte dubitabis herbosis pabulis relictis in Aetnaeos scopulos? Aptissime hanc interrogationem sequuntur illi versus intercalares:

ψίττα· σὺ τάδ', οὐ σὺ τᾶδε νεμῇ
κλιτὺν δροσεράν. κτλ.

A Seidlero viro maxime ingenioso „ἀμφιθαλεῖς“ et „εἴσει“, quam coniecturam plurimi interpretes receperunt, sagacius quam verius coniectum esse opinor. Nam vocabulum ἀμφιθαλὴς de parentibus quidem usurpatur, qui viventes multis liberis gaudent[24]), vel de diis, qui ubertate florent[25]), vel denique de hominibus miserrimis, qui undique malis sunt obruti[26]), nusquam de pratis vel pascuis, quae floribus abun-

---

[23]) cff. Polyb. 40, 10. Ael. H. A. 6, 10. 9, 33. Accedit quod nomini adiectivo ἀμφίβολος ab ἀμφιβάλλειν verbo derivato dubitandi notio saepe a Platone, Xenophonte, Plutarcho est subiecta et ἀμφιβόλως adverbium iam in Aeschyli fabulis sic usurpatur „ambigue“. cff. Aesch. Spt. 863 Dind.:

οὐκ ἀμφιβόλως
οἶμαί σφ' ἐρατῶν ἐκ βαθυκόλπων
στηθέων ἥσειν ἄλγος ἐπάξιον.

Pers. 904 (V. L.).

[24]) cff. Hom. Il. XXII, 496. Arist. Av. 1733 ed. Bergk. Plat. legg. XI, 927 d.
[25]) cff. Aesch. Choëph. 388: Ζεὺς ἀμφιθαλής.
[26]) Aesch. Ag. 1144: ἀμφιθαλὴς κακοῖς.

dant. Itaque non rectam habeo Seidleri mutationem. Ego potius, si argumenta quibus ad librorum scripturam defendendam usus sum, quoniam nec in Aeschyli nec in Sophoclis nec in Euripidis fabulis locum inveni ullum, quo *ἀμφιβάλλειν* verbum dubitandi habere significationem demonstretur, non satis firma videantur esse, proposuerim „*ἀμφινοεῖς*“, qua coniectura sententia exprimitur eadem. Praecipue loco Sophoclis ad hanc adductus sum mutationem:

Antig. 376: *ἐς δαιμόνιον τέρας ἀμφινοῶ*
*τόδε·*

In epodo quae sequitur Satyri voluptates, quibus olim fruiti sunt, describunt iisque conditionem miserrimam, qua nunc apud Cyclopem utuntur Dionysum invocantes opponunt. Difficultates quibus interpretes in his vv. sunt offensi atque ut hunc vel illum mutarent aut transponerent, sunt commoti, ex illa fluxerunt sententia, quam non rectam esse iam supra demonstravimus. Cum enim hos versus, quibus epodi exordium contineri arbitror, antistrophi finem haberent, mutationes et propter metrum et propter sententiam prorsus fuerunt necessariae. Itaque metri caussa scriptum est *ἀλαλαί* (Hartung), vel *ἀραγμοὶ* (Nauck) pro „*ἀλαλαγμοί*“, quod vocabulum alioquin, cum similem inveniamus locum in Eur. Hel. 1352: *αὐλῶν ἀλαλαγμός*, nihil habet quo offendat; deinde a Godofredo Hermanno vv. 66 et 67 sunt transpositi, denique v. 67 plane mutilatus[27]) et a posteriore quocum arcte cohaeret disiunctus. Quae omnia, cum illos versus (49—54) intercalares esse et epodum iam inde a versu 63 exoriri ponamus, ad irritum rediguntur. Tum bene sententiae se excipiunt neque erit, cur haec vel illa vox mutanda sit. Versus enim ita constitutio secundum libros manu scriptos:

*οὐ τάδε Βρόμιος, οὐ τάδε χοροὶ*
*βάκχαι τε θυρσοφόροι,*
*οὐ τυμπάνων ἀλαλαγμοὶ*
*κρήναις παρ' ὑδροχύτοις,*
*οὐκ οἴνου χλωραὶ σταγόνες,*
*οὐδ' ἐν Νύσᾳ μετὰ Νυμφᾶν*
*ἴακχον, ἴακχον ᾠδὰν*
*μέλπω πρὸς τὰν Ἀφροδίταν κτλ.*

Quod attinet ad codicum scripturam quae est *Νύσσα*[28]), sine dubitatione mutanda est in „*Νῦσα*“. God. Hermannus et Ellendtius hanc scribendi rationem rectam

[27]) *οὐ δινεύματα Νυμφᾶν* Nauck, *οὐ Νῦσαι μετὰ Νυμφᾶν* Hartung.
[28]) *οὐδ' ἐννύσσα* B *οὐ νύσσα* C sec. app. Parr.



esse affirmant v. 782 fragmentorum Sophoclis conferentes[29]). Accedit quod apud Homerum (Il. II, 508) legimus *Νῖσάν τε ζαθέην*, quem ad locum Graecus interpres eam in Megaride sitam ibique templum celeberrimum Dionysi esse docet. Quamvis Nysae nomen vulgatum esset ac compluribus locis[30]) proprium, tamen Dionyso sacri erant omnes. Unde sequitur, ut Homeri quoque versus caussam praebeat, cur semper „*Νῦσα*“ sit scribendum.

Momenti plus mihi ad hanc rem demonstrandam videtur afferre ipsius dei nomen quod est *Διόνῦσος*. Quale argumentum ut plane cognosci perspicique possit, de Nysae nominis vi ac significatione pauca addantur est necesse. Locus, quem deus tenet, ubique fere Nisa solet appellari, quae vox cum ipso Dionysi nomine eadem ratione mihi videtur esse coniuncta, qua cum Cereris „terra“ (*Δημήτηρ, δᾶ, δῆ = γᾶ, γῆ*)[31]). Veteribus temporibus Megaram urbem Nisam[32]) totumque agrum Megaricum Nisaeum[33]) nominatum esse tradunt, fortasse propterea quod Nyctelii templum ibi erat[34]), vel, quod fere idem est, quia Nisus in illis regionibus olim regnabat. Thebanus quoque rex quidam, qui deum educasse dicitur, Nisus vel Nysus appellatur[35]), et Cicero N. D. III, 23 Dionysum commemorat „Niso natum et Thyone, a quo Trieterides constitutae putantur“. Dionysi nomini praepositum est *Διο*, quam aliorum quoque nominum invenimus esse partem, velut *Διομήδης, Διόμνηστος* (Boeckh Corp. Inscr. 604), *Διονυτᾶς* (ib. 3137. cf. 553), *Διόπαις* (Appollinis cognomen, Anthol. IX, 525), *Διοφῶν* (Simon. 67 [Anthol. VI]), al. similiter atque in *Θεομήδης* (Boeckh l. c. 1896), *Θεόμνηστος* (ib. 172. 178. 183. 199. 2586. Demosth. 59, 16), *Θεοφῶν* (Isaei or. 11, 41 [oratt. Att. ed. Bekker, tom. IV]), *Θεαγένης* (Thuc. I, 126. Paus. I, 28, 1) al., atque in nominibus Germanorum vetustioribus illud „cot“[36]). Scribendi ratione *Διώνυσος*, quam cum apud Homerum, tum apud nonnullos alios poetas et in inscriptionibus quibusdam legimus, propterea quod tales productiones non raro inveniuntur[37]), nihil offendimur. Iam quaerenti, quo modo Nysae nomen explicari possit, cum Baccho

[29]) cff. intpp. ad Soph. Ant. 1130. Schneidew. — Eur. Bacch. 556. Nauck. Ellendt Lex. Soph. II. p. 186. Hom. Hymn. 25, 6.
[30]) Stephanus Byz. s. v. decem eiusdem nominis locos enumerat.
[31]) cff. Aesch. Prom. 568 Dind.: *ἆ δᾶ.* Ag. 1072: *ὀτοτοτοῖ τοτοῖ δᾶ.* Eum. 874: *οἰοῖ δᾶ, φεῦ.* — Eur. Phoen. 1296 Nauck: *φεῦ δᾶ, φεῦ δᾶ.* cf. Valckenaer ad h. l. (v. 1304). — Arist. Lysist. 198 Bergk: *φεῦ δᾶ.* — Schwenck, Myth. der Griech. p. 356. Id. Wörterbuch d. deutsch. Spr., 4. Aufl., p. XXX. Preller, Mythol. I, 464. Welcker, Griech. Götterl. I, p. 385.
[32]) cff. Paus. I, 39, 5. II, 34, 7. Strabo 8. p. 373.
[33]) Steph. B. s. v. *Νισαία* (sic.).
[34]) Schwenck, Myth. d. Gr., p. 390 ext. Anthol. IX, 524, 14.
[35]) Hygin. 131. 167. 179.
[36]) Grimm D. Myth. p. 11.
[37]) Lobeck ad Phryn. de product. vocal. in voc. commiss., p. 706. Buttmann Mythol. 2, 29.

Nysio „*ἐν Λίμναις*“[38]) et Athenis[39]) et Lacedaemone[40]) et fortasse Sicyone[41]) templa fuerint exstructa atque his locis Nysae nomen omnino non inveniatur, in voce „*Νῦσα*“ eandem inesse significationem atque in verbis „*ἐν Λίμναις*“ et cognomen „*Νυσήϊος*“ idem significare, quod „*Λιμναγένης*[42]), *Λιμναῖος*[43]), mihi est persuasum. Si vero *Νῦσα* idem est, quod *Νυσήϊον (χωρίον)* „pratum humidum ac fontibus refertum (eine feuchte quellenreiche Au), ut *νῆσος* a *νέω*, *Ῥῆσος* a *ῥέω*, *φῦσα* a *φύω*, sic illa vox a *νύω* verbo iam inusitato, cui confinia *νέω* et *νεύω* habuerim, derivanda et cum vocabulo *νύμφη* comparanda videtur esse. Bentleius quidem et Pottius vocem „*νύμφη*“ cohaerere dicunt cum nubendi verbo; sed notionem, quae huic verbo subicienda est, spectare opinor florentem aetatem comparatu cum puro liquidoque fonte vel maxime dignam, non spectare matrimonium solum. Qua enim lege in lingua graeca agni et catuli cum rore componuntur (*ἕρσαι* Hom. Od. IX, 222. *δρόσος* Aesch. Ag. 141), qua lege deinde vox *ἥβη* et ad plantas et ad homines pertinet, eadem lege virgines cum fonte possunt comparari.

v. 74. *οἰοπολεῖς* quae forma libris mss. est tradita e versu qui sequitur *ξανθὰν χαίταν σείεις* ortam esse contendere non dubito. Poetam *οἰοπολῶν* aut, quod propter versum posteriorem *ἐγὼ δὲ σὸς πρόπολος* maluerim *οἰοπόλος*[44]) scripsisse arbitror. Nam vv. *ὦ φίλος ὦ φίλε Βακχεῖε* — *σείεις* et *ἐγὼ* — *Κύκλωπι* inter se oppositi videntur esse.

v. 79. *χλαίνᾳ μελέᾳ.* Hartungius quidem quod a satyris, quippe qui propter vestem miseri non sint, pellem caprinam „*μελέαν*“ appellari non posse putat, „*μέλεος*“ poetam scripsisse sibi persuadet; at satyri in hac ipsa veste signum vident eius servitutis, quam nunc apud Cyclopem patiuntur ideoque pellem illam, qua pastorum more induti sunt, *μελέαν* dicunt. Mea igitur sententia non est, cur mutanda sit librorum scriptura.

---

38) Arist. Ran. 215: *ἦν (ἀοιδὰν) ἀμφὶ Νυσήϊον*
*Διὸς Διόνυσον ἐν*
*Λίμναις ἰαχήσαμεν, κτλ.*

39) Schwenck, Myth. p. 386. 40) Strabo 8, p. 363. 41) Paus. III, 7, 6. 42) Hesych. 43) Athen. IX, p. 465 a. Steph. B. s. v. *Λίμναι.* 44) cf. Pind. Pyth. IV, 28: *οἰοπόλος δαίμων.*

---

# Schul-Nachrichten.

## I. Lectionen.

### Erste Classe.

32 Stunden. Ordinarius der Rector.

**Deutsch** 3 St. Geschichte der deutschen Literatur. Vom Hainbunde bis zum Beginn der romant. Schule. Correctur der deutschen Arbeiten. Der Prorector.

**Latein** 8 St. Cic. Tusc. Disputt. I. II. IV. V. (III privatim). Or. pro Sestio. Epp. sell. 4 St. Hor. Odd. IV. Epodd. Epistt. II. Odd. I. mit metrischen Uebungen 2 St. Correctur der Aufsätze und Extemporalia. 2 St. (Privatim wöchentlich 1 Capitel aus der Lectüre zurückübersetzt.) Der Rector.

**Griechisch** 6 St. Soph. Antigone, Homer. Ilias XXI, 383 bis XXIV zu Ende. 2 St. Thucyd. VI, 46 bis VII zu Ende. 26 Exercitien und 2 Extemporalien corrigirt. 4 St. Prof. Dr. Kampmann.

| Latein | 8 | 10 | 10 | 10.10 | 10.10 | 10 | 10 | 2 | — | — | 90 |
| Griechisch | 6 | 6 | 6 | 6.6 | — | — | — | — | — | — | 30 |
| Hebräisch | 2 | 2 | — | — | — | — | — | — | — | — | 4 |
| Deutsch | 3 | 2 | 2 | 2.2 | 2.2 | 2 | 2 | 7 | 9 | 12 | 47 |
| Französisch | 2 | 2 | 2 | 2.2 | 3.3 | — | — | — | — | — | 16 |
| Polnisch | 2 (I u. II) | | 2 (III u. IV) | | — | — | — | — | — | — | 5[1] |
| Religion | 2 | 2 | 2 | 2 | 3 | 3 (VI A. u. B.) | | 3 | 3 | — | 20 |
| Geschichte und Geographie | 3 | 3 | 3 | 3.3 | 3.3 | 3 | 3 | 2 | 1 | — | 30 |
| Rechnen u. Math. | 4 | 4 | 3 | 3.3 | 4.4 | 4 | 4 | 4 | 5 | 4 | 46 |
| Naturgeschichte | — | — | 2 | — | — | — | — | 1 | 1 | — | 4 |
| Physik | 2 | 1 | — | — | — | — | — | — | — | — | 3 |
| Kalligraphie | — | — | — | — | 3.3 | 3 | 3 | 4 | 4 | 4 | 24 |
| Zeichnen | — | — | — | 2.2 | 2.2 | 2 | 2 | 2 | 2 | — | 18[2]) |
| Gesang | — | — | 1 | 1.1 | 1.1 | 1 | 1 | 1 | 1 | — | 11[3]) |
| Turnen | 6 (4) (I bis VI B.) | | | | | | | — | — | — | 6 |
| Summa | 32-43 | 32-44 | 31-42 | 31.31-40 | 31.31-37 | 28-35 | 28-25 | 26 | 26 | 20 | 354 |

| Classe. | Es waren zu Anfang des Schuljahres, nach Ostern 1859: alter Stamm. | aus niedern Klassen Versetzte. | neu Aufgenommene. | Summa. | Im Laufe des Schuljahres wurden: entlassen oder versetzt. | neu aufgenommen od. versetzt. | Bestand. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| I | 25 | 6 | 1 | 32 | 8 | 6 | 30 |
| II | 16 | 11 | 5 | 32 | 11 | 14 | 35 |
| III | 26 | 16 | 3 | 45 | 26 | 16 | 35 |
| IV A | 19 | 19 | — | 38 | 20 | 25 | 43 |
| IV B | 25 | 30 | 6 | 61 | 34 | 26 | 53 |
| V A | 20 | 38 | 2 | 60 | 31 | 30 | 59 |
| V B | 21 | 33 | 6 | 60 | 34 | 36 | 62 |
| VI A | 14 | 44 | 3 | 61 | 39 | 32 | 54 |
| VI B | 28 | 32 | 8 | 68 | 38 | 36 | 66 |
| VII A | 29 | 39 | 9 | 77 | 35 | 35 | 77 |
| VII B | 35 | 16 | 8 | 61 | 37 | 29 | 53 |
| VII C | 24 | — | 25 | 49 | 24 | 18 | 43 |
| Sa. | 282 | 284 | 76 | 644 | 337 | 293 | 610 |

[1]) 1 St. für die reiferen Schüler besonders. [2]) 2 St. für Schüler der oberen Classen.
[3]) 2 St. für den Chor (2 Abth. je 1 St.)



# Ordnung der Prüfung.

## Montag, den 26. März, Vormittags 8—11 Uhr.

Gesang.

Sexta B. Latein, Collaborator Dr. Wieszner.
Rechnen, Lehrer Seltzsam.
Sexta. Religion, Oberlehrer Neide.
Sexta A. Latein, Derselbe.
Geographie, Oberlehrer Dr. Körber.
Quinta B. Französisch, Oberlehrer Guttmann.
Latein, I. Collaborator Dr. Fechner.

### Nachmittags 2—5 Uhr.

Quinta A. Latein, Oberlehrer Hänel.
Geographie, Oberlehrer Guttmann.
Quarta. Religion, Oberlehrer Stenzel.
Quarta B. Latein, College Dr. Speck.
Geschichte, I. Collaborator Dr. Fechner.
Quarta A. Griechisch, Oberlehrer Stenzel.
Latein, Derselbe.

## Dienstag, den 27. März, Vormittags 8—11 Uhr.

Tertia. Latein, College Dr. Speck.
Geschichte, Oberlehrer Rath.
Mathematik, Professor Kambly.
Secunda. Latein, Oberlehrer Guttmann.
Geschichte, Oberlehrer Hänel.
Griechisch, Professor Dr. Kampmann.

## Nachmittags 2—5 Uhr.

Prima. Latein. Dr. Fickert.
Geschichte, Prorector Weichert.
Griechisch, Prof. Dr. Kampmann.
Mathematik, Prof. Kambly.

## Mittwoch, den 28. März, Vormittags 9 Uhr.

Chor und Arie aus der Glocke, Musik von A. Romberg.

Hierauf folgende Vorträge der Abiturienten:

Elwin Schmidt: Welche Umstände haben im 14. Jahrhundert den Verfall der päpstlichen Macht herbeigeführt? II. Glaser'sche Rede.
Otto Wernicke: Philopoemen Graecorum ultimus. Griechisch. I. Strehlitz'sche Rede.
Moritz Ehrlich: Zur Erinnerung an Alexander von Humboldt. I. Glaser'sche Rede.
Bernhard Fischer: Der Hainbund und Gottfried August Bürger. III. Strehlitz'sche Rede.
Friedrich Wiese: De Latinae linguae indole et virtute. II. Strehlitz'sche Rede.
Hugo Banke: Ueber den Einfluss der Reformation auf die Ausbildung der deutschen Sprache. Exner'sche Rede zum Andenken Caspar Neumann's.

---

Entlassung der Abiturienten.

---

Ave Verum von Mozart.

---

Die Vorbereitungsclassen werden Sonnabend, den 31. März, von früh 8 Uhr an geprüft werden.

---

Die Aufnahme der angemeldeten Schüler findet für die Vorbereitungsclassen Donnerstag, den 12., für die Gymnasialclassen Freitag, den 13. und Sonnabend, den 14. April statt.

**Das neue Schuljahr beginnt Dienstag, den 17. April.**

# PART 2

# Zur Feier

des

# Geburtstages Seiner Majestät des Königs

und zu der damit verbundenen

## Entlassung der Abiturienten

am 22. März,

sowie

## zu der öffentlichen Prüfung

## aller Classen des Elisabetans

am 20. u. 21. März 1866

ladet

die Beschützer, Gönner und Freunde des Gymnasiums
und des Schulwesens überhaupt

ehrerbietigst ein

**Dr. Karl Rudolph Fickert.**
Rector zu St. Elisabet

---

1) In Cyclopem fabulam Euripideam commentariorum particula II. Vom Dr. Wieszner.
2) Schulnachrichten. Vom Rector.

---

**Breslau, 1866.**

Druck von Grass, Barth u. Comp. (W. Friedrich).

# IN CYCLOPEM
# FABULAM EURIPIDEAM COMMENTARIORUM
## PARTICULA II.

Quod iam prima ineunte particula ante hos sex annos in universum cum de aliis fabulis Euripideis, tum de Cyclope, quae fabula satyrica una ex omnibus integra nobis est tradita, praefatus sum et libros manu scriptos paucos eosque deteriores esse et veteres commentarios aut raro aut omnino non exstare, id eo magis in hanc quadrat particulam, quod exscisso folio amplius centum versus [244—251][1] in codice B intercidisse constat. Quam ob caussam in his versibus apographis Parisinis, quae nullius fere momenti sint, neglectis uno codice C uti licet artis criticae fundamento. Qua re difficultas interpretandi vel emendandi in hac fabulae parte corruptionum plenissima adeo interdum augetur, vix ut verum possit investigari. Neque igitur, quamquam nonnulla sunt, quae mea quidem sententia magnam habent veritatis speciem, vereor dicere me forsitan alia protulisse, quae offensionem non effugient. Accedit quod permagnam horum commentariorum partem correctis tot tamque variis puerorum libellis tempore admodum interscisso ac paene consumpto conscripsi; unde fieri potuit, ut in versibus huius fabulae corrigendis errore aliquando ducerer.

---

v. 82. *σιγήσατ', ὦ τέκν', ἄντρα δ' εἰς πετρηρεφῆ*
*ποίμνας ἀθροῖσαι προςπόλοις κελεύσατε.*

Interpretes de casu discrepantes vocabuli *πρόςπολος* aut „*προςπόλους*“ aut „*προςπόλοις*“ scripserunt. Libri mss. BC sec. app. Parr. *προςπόλους* exhibent, Ald. *προςπόλοις*, quod rectum esse censent Matthiaeus et God. Hermannus, vitiosum Kirchhoffius, Nauckius, Hartungius. Codicum igitur scriptura non satis accurate cognita, quae verborum coniunctio legibus grammaticis non neglectis praeferenda sit videamus.

[1] Editionem in vv. numerandis secutus sum Nauckianam.

Quamquam accusativus verbo κελεύειν saepissime adiungitur, tamen dativum[2] quoque poni posse cum alii Graeci scriptores[3] demonstrant, tum multis locis Homerus[4], cuius carminibus in hac fabula componenda Euripidem usum esse constat.[5] Deinde significatio, quae verbum κελεύειν ita usurpatum habere solet, „clamando impellere aliquem, ut aliquid faciat“, Sileno Satyros impellenti, ut oves intro cogant, aptissimum est. Quas ob caussas προςπόλοις genuinum esse contendo.

v. 88. φέρονται sine dubitatione cum libris scribendum est propter nominandi casum qui sequitur κεχρημένοι. App. Parr. alterum quidem Kirchhoffio auctore praebet φέροντας, unde sic Ald., sed tam accurata cum verbo ὁρῶ coniunctio a vivido huius sermonis colore plane abhorret.

v. 91. ἄξενον στέγην | τήνδ' ἐμβεβῶτες κτλ.

Musgravius vocabulum στέγην falsum esse ratus „γύην“ scribendum iudicat: „se neque quemquam invenisse, qui ἐμβαίνειν στέγην dixerit, neque, etiamsi Graece dicatur, hic locum habere posse Ulixe cum sociis nunc primum in conspectum prodeunte.“ Iacobsius, qui Musgravio adstipulatur[6], propter nimiam litterarum diversitatem ἄξενόν τε γῆν scribere mavult. Equidem librorum scriptura στέγην servandam esse arbitror. Nam eodem modo quo dicitur χῶρον ἐμβαίνειν etiam στέγην ἐμβαίνειν dici potest. Similes loci inveniuntur in

Eur. Alc. 1000. καί τις δοχμίαν κέλευθον
ἐμβαίνων τόδ' ἐρεῖ. cf. Suppl. 989.
Hec. 922. ναύταν οὐκέθ' ὁρῶν ὅμιλον
Τροίαν Ἰλιάδ' ἐμβεβῶτα.
Rhes. 214. ὅταν δ' ἔρημον χῶρον ἐμβαίνω ποδί,
δίβαμος εἶμι· τῇδε σύγκειται δόλος.

Sententiae quoque στέγην ἐμβαίνειν optime convenire ex iis vv. qui antecedunt et ex iis qui sequuntur elucet. Nam aquam hausturi sunt et cibos petituri [v. 87—89], quarum rerum neutram nisi homine quodam adiuvante possunt accipere [v. 96—99]. Atque cum quispiam dixerit ipsum Ulixem cum sociis aquam invenire posse, tamen cibi certe e specu illo arcessendi sunt. Silenus autem advenas ad antrum venientes [στείχοντας εἰς τόδ' ἄντρον] conspicatus neque ignorans mortem iis qui ingressi sint imminere, verba facit, quibus in universum, quam male ille Cyclops hospites tractet,

---

[2] cff. Bernhardy, Wissenschaftl. Synt. p. 92. K. W. Krueger Gr. Gr. I. § 48, 7, 10. II., 48, 7, 7. Matthiae Gr. Gr. § 382.

[3] Thuc. I, 44: εἰ γὰρ ἐπὶ Κόρινθον ἐκέλευον σφίσιν οἱ Κερκυραῖοι συμπλεῖν, ἐλύοντ' ἂν αὐτοῖς αἱ πρὸς Πελοποννησίους σπονδαί. cff. Diod. XIX, 37. Plat. Civ. III, p. 396A.

[4] Od. B, 6: αἶψα δὲ κηρύκεσσι λιγυφθόγγοισι κέλευσεν
κηρύσσειν ἀγορήνδε καρηκομόωντας Ἀχαιούς.
cff. ib. 151. Il. B, 50. 442. I, 658.

[5] Res evidentissime patet e vv. 285—346, qui comparandi sunt cum Hom. Od. I, 259—280.

[6] cf. Animadvv. in Eurip. trag. et frg. I, p. 121.



argumentatur: „*diejenigen, welche diese unwirthliche Behausung betreten haben und in den Rachen des Cyclopen gekommen sind, wissen nicht, welch' ein Herr Polyphemus ist;*“ vel fortasse melius interrogandi signo posito: „*wissen sie nicht, welch' ein Herr P. ist, wenn sie .... betreten haben?*“ Accedit quod Κυκλωπία γνάθος, cuius Silenus simul facit mentionem, demonstrat Cyclopis antrum in animo habuisse poëtam, quo efficitur, ut γνάθος et στέγη inter se quasi comparentur.

v. 93. γνάθον τὴν ἀνδροβρῶτα. Τήν cum Bothio pro τήνδ' scribendum esse censeo, sive ex antecedenti versu [τήνδ' ἐμβεβῶτες] sive e litterarum confusione [*THNΔΑΝΔ ... = THNΑΝΔ ...*] hoc vitium ortum est.

v. 99: Τί χρῆμα: Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰςβαλεῖν,
Σατύρων πρὸς ἄντροις· τόνδ' ὅμιλον εἰςορῶ.
χαίρειν προςεῖπα τὸν γεραίτατον.

Interpretibus et verba et sententia offensionis praebuerunt ansam. Ac primum quidem „ἔοιγμεν“ addubitant mutarique volunt in „ἐοίκαμεν.“ Qualem mutationem iusta carere caussa, qui illos locos legerit ex Heraclidarum fabula desumptos, facile intelliget.

v. 427: ὦ τέκν', ἔοιγμεν ναυτίλοισιν, κτλ.
v. 680: - - - - - - - ταὐτὰ γὰρ φροντίζομεν
φίλοις παρόντες, ὡς ἔοιγμεν, ὠφελεῖν.

cf. Soph. Ai. 1239.[7]

Maiorem suspicionem movet scriptura προςεῖπα, quae a Fixio, quem Hartungius secutus est, in „προςεῖπον“ mutatur. Sed aoristi qui est εἶπα vel προςεῖπα quamvis rara sit persona prima, tamen prorsus negari non potest. Formam enim addubitari non oportet, dum modo unum exstet exemplum. Quod exemplum apud Xenophontem reperi: Ἀλλ' οὐδεπώποτε αὐτήν, ἔφη, οὔτ' εἶπα οὔτ' ἐποίησα οὐδέν, ἐφ' ᾧ ᾐσχύνθη [Memorab. II. 2, § 8], neque quisquam est, quod sciam, qui huius loci scripturam habeat falsam. Accedit quod aliarum huius aoristi formarum usus multis exemplis cum in Sophoclis tum in Euripidis fabulis satis firmatur.[8] Itaque προςεῖπα servandum censeo.

Iam vero transeamus ad interpungendi rationem, unde altera quaestio est orta de sententia. In edd. vett. sic est interpunctum: Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰςβαλεῖν, Σατύρων πρὸς ἄντροις· τόνδ' ὅμιλον εἰςορῶ. A Cantero sic: Βρ. π. ἔ. εἰςβαλεῖν. Σατύρων πρ. ἄντροις τόνδ' ὅμ. εἰςορῶ. G. Hermannus haec adicit: „Exspectat quis

---

[7] Editiones in vv. numerandis secutus sum Sophoclis Schneidewinianam, Aeschyli Dindorfianam, Aristophanis Bergkianam.

[8] cff. Eur. Alc. 58. 610 [προςείπατε]. Bacch. 818 [ἐξεῖπας]. 824. Cycl. 148. 196. 569. 685. El. 275. 290. Hec. 382. 670. 881. Hel. 125. 471. 808. 1043. 1063. Heraclid. 464. 1014. Hipp. 278. 921. 1036. 1045. 1099 [προςείπατε]. Ion 1022. Iph. Aul. 990. 1024. 1347. 1408. 1440. 1442. Iph. Taur. 118. 293. 370 [προςεῖπας]. 740. 1021. 1325. Med. 895 [προςείπατε]. 1127. Or. 243. 386. 638. 1212. Phoen. 392. 915. 1210. 1273.

fortasse potius *πρὸς ἄντροις τοῖσδ'*. Ego quidem vereor, ne *σατύρων* interpretis sit, Euripides autem scripserit: *Βρ. π. ἔοιγμεν εἰςβαλεῖν, οἷον πρ. ἄντροις .... εἰςορῶ*". Mihi probatur editt. vett. interpunctio his de caussis. Ulixi cum sociis prodeunti, cum locus a littore esset remotior, quam ut, quales essent incolae, accurate posset cognosci, praeter opinionem accidit, ut Satyros conspiceret circum antrum dispersos [cf. v. 203]. Qui autem subito quodam animi affectu commoventur, [v. 99: *τί χρῆμα;* talis affectus significatur] ii minoribus enuntiationibus quasi abruptis uti solent. Ulixes igitur dum eos, quos e longinquo allocutus est, Satyros esse videt, ad socios conversus, *Τί χρῆμα;* inquit, *Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰςβαλεῖν*, et explicandi caussa vel appositionis instar addit: *Σατύρων πρὸς ἄντροις·*[9] deinde quasi digito Satyrorum turbam monstrans: *τόνδ' ὅμιλον εἰςορῶ.*

v. 104. *Σισύφου γένος.* Est fabula post Homerum apud Graecos et Romanos vulgata Ulixem Sisypho, non Laërte esse ortum, cui postea demum Anticlea ab Autolyco esset desponsa[10]. Quae affinitas Sisyphi et Ulixis eo facilius potuit fingi, quod non solum Ulixes, homo versutus ac callidus, Sisypho magis aemulari videbatur quam Laërtae, sed ediam Autolycus iam ab Homero omnium vaferrimus appellabatur, *ὃς ἀνθρώπους ἐκέκαστο | κλεπτοσύνῃ θ' ὅρκῳ τε.* Itaque apud poëtas inimici Ulixi patrem Sisyphum solent obicere, velut nautae [in Soph. Ai. v. 189], a quibus *τᾶς Σισυφιδᾶν γενεᾶς βασιλεύς* vocatur, Philoctetes [Soph. Phil. 417] a quo *σύμπολητὸς Σισύφου Λαερτίῳ* appellatur, Agamemnon [in Eur. Iphig. Aul. v. 524], a quo *τὸ Σισύφειον σπέρμα* nominatur. A Sileno Ulixem hoc loco illudi apparet, quam ob rem hic opprobrium illud sequenti versu deprecatur: *λοιδόρει δὲ μή.*

v. 105. *ἐκεῖνος οὗτός εἰμι* libri; *ἐκεῖνος αὐτός εἰμι* correxit L. Dindorfius, quem Hartungius secutus est, quod priores huius fabulae editores hoc vitium non viderint, valde miratus. Cuius mirationis caussa num iusta sit dubito, quod pronomina inter se contraria *ἐκεῖνος* et *οὗτος* h. l. aptissime coniuncta esse contendo. Cum enim pronomine *ἐκεῖνος* remotius aliquid sive tempore sive loco a nobis divisum vel oppositum significetur, *οὗτος* autem pronomine res quae ad praesens tempus pertinent, quae tanquam conspiciuntur et adsunt, demonstrentur[11], summo iure Ulixes mihi illud pronomen ad virum videtur referre, quem paullo ante Silenus e Sisyphi stirpe ortum se novisse dixit, hoc pronomine se ipse Ulixem appellare: „Ille, inquit, quem nosti, hic sum, qui tecum loquor.“ „*Jener bin ich hier.*“ Similis horum pronominum coniunctio in Euripidis fabulis saepius usurpata est illa familiaris colloquii propria „*τοῦτ' ἐκεῖνο*“.[12] Itaque Hartungius fortasse admodum severe de priorum editorum socordia iudicavit, qui *οὗτος* pronomen servarunt.

---

[9] Satyros saepissime in antris habitasse notum est. cf. Verg. Ecl. VI, 13.

[10] cff. schol. ad Soph. Ai. 190. Ov. Met. XIII, 32.

[11] Accuratius de hac re disseruerunt Bernhardy W. S. p. 277. Krueger Gr. Gr. § 51, 7, 7. 10. 11. Matthiae § 471. Thiersch § 284. 11. 13.

[12] cff. Eur. Hel. 628. 794. Med. 98. Or. 802. Aristoph. Ach. 41. Lysist. 240.



Maiorem atque iustiorem mirandi caussam God. Hermannus habuit, quod versu 107:

*ἐξ Ἰλίου γε κἀπὸ Τρωϊκῶν πόνων* vocula *γέ* a novissimis editoribus sit servata. Ex particula *καί* quae sequitur facile intelliget, qui creberrimam litterarum *Γ* et *Τ* cognoverit permutationem, illam voculam mutandam esse in „*τέ*“.

v. 118. *ἄντρ' ἔχοντες.* Fortasse habitandi significatio, quam h. l. verbum *ἔχειν* habet, Nauckium, ut *ἄντρ' οἰκοῦντες* scriberet, impulit. Quamquam, si caussam emendandi conieci veram[13], — nam nihil de hac re commemorat — illam verbi *ἔχειν* notionem praecipue de diis, *οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν*, eorumque similibus a poëtis usurpari satis constat, tamen de hominum quoque domiciliis usitatam fuisse complures loci demonstrant. Eur. Cycl. 324:

*ἐν τῇδε πέτρᾳ στέγν' ἔχω σκηνώματα.*

Ion 59: *ἣν ταῖς Ἀθήναις τοῖς τε Χαλκωδοντίδαις,*
*οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα, πολέμιος κλύδων.*

Med. 448: *σοὶ γὰρ παρὸν γῆν τήνδε καὶ δόμους ἔχειν ...*

cff. Soph. Ai. 298. Phil. 154. Aesch. Prom. 419. Hom. Od. *Ζ*, 177. 183. 195. *Η*, 68. *Ω*, 282. Il. B, 632. 646. al.

Ceterum versus qui antecedit: *τίνες δ' ἔχουσι γαῖαν;* Nauckii emendationi repugnat.

v. 123. *ἀμπέλου ῥοάς* legendum esse apparet; *ῥοαῖς*, quae librorum est scriptura, fortasse e „*ῥοίας* fluctus“ ortum est, quod vocabulum librarius quidam pro recto scripsit.

v. 124. *τοιγὰρ ἄχορον οἰκοῦσι χθόνα.* Etsi ex libris mss. unus [C sec. Vict. et app. Parr.] *ἄχαριν* habet supra scriptum, tamen *ἄχορος* vocabulum Sileni moribus est accommodatius quam *ἄχαρις*. „Sponte sequitur,“ God. Hermannus recte inquit, „ut regio sit *ἄχαρις*, si est *ἄχορος*“.

v. 128. *αὐτὸς δὲ Κύκλωψ ποῦ 'στιν; ἢ δόμων ἔσω;* Ante hunc versum quaedam excidisse God. Hermannus existimat. „Nam, inquit, cum credi non possit tam negligentem fuisse Euripidem, ut Ulixem de illo Cyclope, de quo nondum quidquam cognoverat, quaerentem faceret, aliquot versus interiisse necesse est, quibus ad Polyphemum deductum fuerit diverbium.“ Recte quidem, ut fere semper, sagacissimus ille vir vitii locum detexit, sed, num medendi quoque rationem h. l. invenerit rectam, dubitaverim. Quamvis de Polyphemo ipso poëta nihil dixerit in iis versibus qui antecedunt, tamen de Cyclopibus eorumque vita et moribus generatim atque universe satis loquitur, ita ut Ulixes, quales illi sint, facile possit cognoscere. Sic v. 118 sqq. Silenus Cyclopes in antris habitare narrat, deinde alterum alteri non obtemperare, tum lacte eos et caseo vivere, denique quicunque peregrini ad illa littora advehantur, iis vesci maxima cum voluptate solere. Mirum igitur Ulixem de-

---

[13] Nauckium librorum mss. auctoritatem hanc ob caussam neglexisse, quod Euripides v. 22:
*Κύκλωπες οἰκοῦσ' ἄντρ' ἔρημ' ἀνδροκτόνοι*
scripserit, vix crediderim.

siderium tenet videndi hunc Cyclopem, qui se suosque socios velit comedere. Quale desiderium nos non offenderet, si vocabulo quodam demonstraretur Ulixem scire velle, ubinam esset Cyclops, qui in hoc antro habitaret. Itaque, ut bene procedat sermo, nihil est opus nisi accurata significatio, qua Ulixes se comperire velle dicat, ubi ille Cyclops sit, cuius servi Satyri sint facti, Polyphemus. Talis autem significatio vel demonstratio in verbis inesset, si pro „*αὐτός*“ scriberetur „*οὗτος*“, quae mihi coniectura, quod neque litterarum mutatio est magna et sententiarum nexus restituitur, probabilis videtur esse.

Duarum quas forte quispiam ponat quaestionum altera, num *οὗτος* pronomen sine articulo poni possit apud tragicos, exemplis absolvitur, quae Bernhardy[14], Krueger[15], Matthiae[16], Rost[17], Thiersch[18] proferunt. Cyclopis enim nomen nomini proprio simile esse vix quisquam neget. Altera, num Cyclopes in singulis antris habitaverint, imprimis affirmatur versu 120:

.... *ἀκούει δ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός.*

v. 131. *οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις;* libri mss. exhibent. Sed plurimi editores cum Cantero „*οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον*“; scripserunt. Hartungius, novissimus huius fabulae interpres, ad emendationem defendendam haec adnotat: „*Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον war stehende Redensart. Οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις wäre damit keinesweges einerlei, denn es hiesse: Weisst du, was du thun wirst? während der Sinn fordert: was du thun musst!*“ Sed illa caussa, quam Hartungius et ceteri fere omnes primam ponunt, cur locus emendandus sit „*οἶσθ' ὃ δρᾶρον*“ dicendi formulam esse cum apud alios poetas Atticos tum apud Euripidem usitatam, minimum valet, si exempla alterius quoque dictionis quamvis pauca inveniuntur. Deinde librarios dictiones minus usitatas pro vulgatioribus scripsisse vix est credibile; tum autem, ut Godofr. Hermanni[19] verbis utar, quod ita loqui soliti sunt Attici, ex eo non sequitur eos ubique ita locutos esse. Quin ipsa cogitandi celeritas, cui haec formula originem[20] debet, suadet, ut pro diversa sententiarum coniunctione aliis in locis aliter locutos esse Atticos censeamus. Quamquam igitur Euripidi illam dicendi formulam *οἶσθ' ὃ δρᾶσον* familiarem fuisse non ignoro[21], tamen iis, qui cum Cantero faciunt, assentiri nequeo. Accedit quod,

---

[14] W. S. p. 319.
[15] Gr. Gr. I § 50, 11 n. 22. II § 50, 11 n. 1.
[16] Gr. Gr. § 265, 1.
[17] Gr. Gr. § 98, 3. A. c. α et 6.
[18] Gr. Gr. § 307, 8.
[19] ad Med. v. 587.
[20] De hac formula eiusque origine accuratius disseruerunt Bernhardy W. S. p. 392. Hartung, Lehre v. d. Partt. d. Griech. Spr. II p. 144. G. Herm. ad Vig. p. 740. Koenius ad Greg. Cor. de dial. Att. § 7. Krueger Gr. Gr. I § 54, 13, 2. II § 54, 4, 2. Matthiae Gr. Gr. § 511, 4. Thiersch Gr. Gr. § 295, 11.
[21] cff. Hel. 315. 1233. Ion 1029. Iph. Taur. 725: Heraclid. 451: *οἶσθ' ὃ μοι σύμπραξον;* Iph. Taur. 1203: *οἶσθά νυν ἅ μοι γενέσθω;*



ut iam dixi, in fabulis Euripideis inveniuntur nonnulla exempla, quibus futurum tempus defendatur. Primum ponam illud e Medeae fabula desumptum v. 600:

*οἶσθ' ὡς μετεύξῃ καὶ σοφωτέρα φανῇ,*

quo loco in omnibus libris mss. futurum tempus legitur. Alio loco, Hec. 225, libri mss. vel optimi fluctuant inter utramque dictionem *δράσεις* et *δρᾶσον*. E tertio denique loco, quem his adiunxerim similem, Iph. Taur. 759: *ἀλλ' οἶσθ' ὃ δράσω;* videtur mihi sequi nihil esse, quod Euripides, si prima temporis futuri persona in eiusmodi dictione usus sit, altera non utatur.

Iam vero sententiam inquiramus, quae, quominus librorum scripturam probet, Hartungio obstat. Ulixes absente Cyclope facilius quae optet se assequi posse arbitratur et Silenum quopue conditione ipsius sociorumque descripta consilium cibos comparandi probaturum esse sibi persuadet. Itaque interrogat: *Οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις;* „*weisst du also, was du thun wirst?*“ Cur sententiarum nexus postulet: ... „*was du thun musst?*“ non video. Dicat autem fortasse aliquis propter imperativum qui sequatur *ὅδησον* anteponendum esse „*δρᾶσον*“, sed in illo Medeae loco idem imperandi modus *φαινέσθω* futurum tempus sequitur.

Versum 136. .... *καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ καὶ βοὸς γάλα,*
Athenaeus XIV. p. 658. C. affert his verbis: *Εὐριπίδης ἐν Κύκλωπι ὀπίαν*[22] *καλεῖ τυρὸν τὸν δριμύν, τὸν πηγνύμενον τῷ τῆς συκῆς ὀπῷ·*

*καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ καὶ Διὸς γάλα.*

Quam lectionem arripiens Erasmus his verbis „*Διὸς γάλα*“ inter proverbia locum dedit scribens veteres lac Iovis appellasse, quod insigniter lautum esset in cibis. Etsi Henr. Stephanus et Iosua Barnes illam lectionem ferri non posse demonstrarunt, aliter tamen ac libri mss. exhibent Euripidem hoc loco scripsisse mihi est persuasum. Atque verba quae sunt *βοὸς γάλα* eo maiorem movent suspicionem, quod in Cyclopis fabula apud Homerum nusquam, apud Euripidem tribus locis[23] vaccarum vel boum fit mentio, plurimis ovium[24]. Accedit quod paullo ante Silenus, Cyclopes qua vivendi ratione utantur, exponens dicit v. 122:

[*ζῶσι*] *γάλακτι καὶ τυροῖσι καὶ μήλων βορᾷ.*

Itaque veram scripturam apud Athenaeum reconditam hanc esse arbitror: *ὀϊὸς γάλα* — *ΟΙΟΣ ΓΑΛΑ* — unde facile librarii cuiusdam socordia potuit fieri *ΔΙΟΣ ΓΑΛΑ*.

v. 142. *ὃν ἐξέθρεψα ταῖςδ' ἐγώ ποτ' ἀγκάλαις;* Musurum, qui scriptura *ταῖδ'* [in ap. Par. altero] commotus „*παῖδ'*“ scripsit, editores veteres et God. Hermannus secuti sunt. Cum autem mea quidem sententia *ἐκτρέφειν ἀγκάλαις* sine ulla

---

[22] De caseis ficuum succo coagulatis vid. Plut. Symp. problem. VI, 10.
[23] v. 218: [*γάλα*] *μήλειον ἢ βόειον ἢ μεμιγμένον;*
v. 325: *ἢ μόσχον ὀπτὸν ἤ τι θήρειον δάκος δαινύμενος ....*
v. 389: *μόσχους ἀμέλξας .....*
[24] cff. vv. 26. 28. 35. 37. 48. 52. 53. 57. 83. 218. 224. 256. 660.

accuratiore definitione ferri non possit, codicum scripturam quae est *παῖς δ'* praeferam[25]. Silenus postquam Ulixi vinum a Marone dei filio datum audivit, num sit filius eius dei, quem in his suis manibus gestaverit atque educaverit, ex hospite quaerit, is autem respondet:

*ὁ Βακχίου παῖς, ὡς σαφέστερον μάθῃς.*

Versus 145: *ὅδ' ἀσκός, ὃς κεύθει νιν, ὡς ὁρᾷς, γέρον,* qui omnibus fere interpretibus tantam movit suspicionem, ut alius aliud coniceret[26], correctione omnino non eget. Ulixes enim Sileno, ubinam illud vinum sit, quaerenti respondet: „Hic est uter, qui vinum continet, ut vides". Quibus verbis gestu quodam utrem pelle caprina confectum, quo Graeci antiquissimis temporibus uti solebant ad vinum condendum, significat tumentem. Plenum igitur utrem esse Silenus potest videre, vinum autem continere e singulari eius forma et specie conicere. Itaque „*ὡς ὁρᾷς*" parum recte verbis „*ὃς κεύθει νιν*" adiunctum esse negaverim: immo vero rem indicat apertam manifestam, ut Hec. 1053:

*... χωρεῖ δ', ὡς ὁρᾷς, ὅδ' ἐκ δόμων.*

Si omnino correctione opus esset, fortasse haec foret simplicissima: *ὅδ' ἀσκός, ὃς κ. ν., ὧδ' ὅρα, γέρον:* hic uter est, qui vinum continet, huc vide. cf. Soph. Trach. 402: *οὗτος βλέφ' ὧδε.*

v. 147. *κἂν*[27] *δὶς τόσον πῶμ', ὅσον ἂν ἐξ ἀσκοῦ ῥυῇ:* Inter hunc versum et eum qui antecedit Kirchhoffius lacunam indicat, caussas non indicat. Particulam, qua res affirmari solent, „*ναί*", sive Aldinae interpungendi rationem: *ναί· δὶς τόσον π. ὅσον ἂν ἐξ ἀσκοῦ ῥυῇ.* servamus, seu delemus, in hunc locum non quadrare apparet. Itaque iam Boissonadus, cui G. Hermannus et ex parte quidem Hartungius, qui praeterea non *πῶμ'*, sed *δώσω* scribit, assentiuntur, voculam *ναί* mutavit in „*καί*", quae coniectura simili Hecubae loco v. 392:

*καὶ δὶς τόσον πῶμ' αἵματος γενήσεται*
*γαίᾳ νεκρῷ τε τῷ τάδ' ἐξαιτουμένῳ.*

possit adiuvari. Sed mihi cum versum qui antecedit tum praecipue qui sequitur consideranti veri similius videtur esse Euripidem scripsisse: *κἂν δὶς τόσον πῶμ'* [scil. *ῥυῇ*] *ὅσον ἂν ἐξ ἀσκοῦ ῥυῇ:* „sin autem potus altero tanto maior [effluat], quantus ex utre effluat?" Apodosis quae vocatur ex antecedenti versu est supplenda: „nonne tibi tantus potus sufficiat, buccam impleat?"

---

[25] Similiter solum dandi casum cum verbo *ἐκτρέφειν* apud Eur. invenias coniunctum:
Med. 939: *παῖδες δ' ὅπως ἂν ἐκτραφῶσι σῇ χερί,*
*αἰτοῦ Κρέοντα τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.*
Heraclid. 578: *σοὶ παῖδές ἐσμεν· σαῖν χεροῖν τεθράμμεθα.*

[26] *ὅδ' ἀσκός, ὃς κεύθει νιν, ὅνπερ εἰσορᾷς* God. Herm., cuius vestigia ingressus Nauckius scripsit: *ὅδ' ἀσκός, ὃς κ. ν., εἰσορᾷς γέρον,* Hartungius: *τόνδ' ἀσκόν, ὃς κ. ν., εἰσορᾷς γέρον.*

[27] *ναὶ δὶς τόσον* libri mss.



v. 152. Pro codicum scriptura quae est: *φέρ' ἐκπάταξον, ὡς ἀναμνησθῶ πιών,* Musgravius „*φέρ' ἐκκάναξον κτλ.*", Pierson[28] „*φέρ' ἐγκάναξον κτλ.*" scripsit, quam coniecturam ut optimam omnes recentiores editores merito praeferendam censuerunt. Nam huius vocabuli memor Ulixes dicit v. 158:

*μῶν τὸν λάρυγγα διεκάναξέ σου καλῶς;*

v. 153. *ὡς καλὴν ὀσμὴν ἔχει.* Omnes fere interpretes, quia Ulixes respondet: *εἶδες γὰρ αὐτήν;* hunc versum habent corruptum. Reiskius scribendum putavit: *ὡς καλὴν μορφὴν ἔχει,* quam coniecturam G. Hermannus, quod nimis inepte loquentem faceret Silenum, improbans, quin Euripides scripserit: *γεῦσιν ὡς καλὴν ἔχει,* non dubitavit ex his Antiatticistae[29] verbis: „*γεύεσθαι. οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ ἐσθίειν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ὀσφραίνεσθαι, ὡς ἐν τῷ βίῳ γεύεσθαι μύρων. Εὐριπίδης Κύκλωπι.*" rem satis perspicuam esse ratus. Quod iudicium etiam Hartungius facit, qui, quamquam monet *ἰδεῖν* plerumque idem significare quod „usu experire" ideoque ita locum posse explicari, tamen Hermanni emendationem praeferendam censet. Ex iis, qui codicum scripturam servant, Frankius solus exponit, cur ita scripserit. Sed Ulixem propterea ex Sileno quaesivisse: *εἶδες γὰρ αὐτήν;* quod *ὀσμήν* vocaverit *καλήν,* vix est credibile. Iure igitur hanc interpretationem iam G. Hermannus ut ineptam et frigidam repudiavit. Equidem alia interpretandi ratione usus forsitan probabilem sententiam eruerim. Nam Hermanni coniectura quamvis ingeniosa illis Antiatticistae verbis, quae non pertineant ad vocabulum *γεῦσιν,* non videtur satis affirmata. „Hunc igitur tantum versum, quo Euripides in Cyclope *γεύεσθαι* de olfaciendo dixerit, esse relictum" nego. Illa Antiatticistae verba in versum 155:

*γεῦσαί νυν, ὡς ἂν μὴ λόγῳ 'παινῇς μόνον,*

sunt referenda atque altera sententia ex altera sic apta est et nexa. Ulixes, ut Silenus vinum possit gustare, ad socios se confert utrem allaturus, quo accepto, Huc vide! inquit. Silenus autem quamvis remotus sit ab Ulixe, vix ut vinum possit olfacere, tamen quasi praesagiens, quale sit, se vinum iam olfacere credit exclamans: Hercle, quam bonum habet odorem! Cum igitur Ulixes, num ille re vera vinum possit odorari, vehementer dubitans per iocum interroget: „Vidistine odorem?" Silenus tali quaestione offensus respondet: *οὐ μὰ Δί' ἀλλ' ὀσφραίνομαι.* Neque vero rem ita esse ratus Ulixes, dum poculum ei tribuit, „Nunc olfacias quaeso, inquit, ne verbis solis vinum collaudes". Cuius vini odore inflammatus ille exclamat:

*Βαβαί· χορεῦσαι παρακαλεῖ μ' ὁ Βάκχιος,*

deinde autem poculo epoto his tantum exclamationibus utitur: *ἆ ἆ ἆ.* Hanc interpretandi viam proponam.

v. 163. *δράσω τάδ' ὀλίγον φροντίσας γε δεσποτῶν*
*ὡς ἐκπιεῖν γ' ἂν κύλικα μαινοίμην*[30] *μίαν*

---

[28] Verisim. p. 143.

[29] cf. Bekkeri Anecd. p. 87, 31.

[30] *βουλοίμην* Musurus. G. Herm.

*πάντων Κυκλώπων ἀντιδοὺς βοσκήματα,*
*ῥίψαιμ᾽*[31] *ἐς ἅλμην λευκάδος πέτρας ἄπο*
*ἅπαξ μεθυσθεὶς*[32] *καταβαλών τε τὰς ὀφρῦς.*[32]
*ὡς ὅς γε πίνων μὴ γέγηθε μαίνεται·*
*ἵν᾽ ἔστι τουτί τ᾽ ὀρθὸν*[33] *ἐξανιστάναι*
*μαστοῦ τε δραγμὸς καὶ κατεσκεπασμένου*[34]
*ψαῦσαι χεροῖν λειμῶνος ὀρχηστύς*[35] *θ᾽ ἅμα*
*κακῶν τε λῆστις. εἶτ᾽ ἐγὼ οὐκ ὠνήσομαι*[36]
*τοιόνδε πῶμα τὴν Κύκλωπος ἀμαθίαν*
*κλαίειν κελεύων καὶ τὸν ὀφθαλμὸν μέσον;*

Hartungius quidem librorum scripturam *μαινοίμην* servat, sed quod ante participium quod sequitur *ἀντιδούς* negationem *μή* addit, falso sententiam videtur intellexisse. „*Der Sinn ist*, inquit, *ὡς μαινοίμην ἄν indem ich ein Narr wäre, μὴ ἀντιδούς wenn ich nicht die ganze Heerde des Cyclopen dafür hingäbe*, [*ὥστε*] *ἐκπιεῖν μίαν κύλικα um auch nur einen Becher auszutrinken und meinetwegen dann mich in's Meer werfen zu lassen, wenn ich mich nur einmal habe berauschen dürfen.*“ Sed optativo cum particula *ἄν* coniuncto minime id quod fieri non potest, sed quod fieri potest significatur. Si igitur Silenus illis verbis utitur *μαινοίμην ἄν*, se tanta insania affici posse profitetur, ut omnium Cyclopum pecora pro uno poculo illius vini pleno dare non dubitet. Quae sententiae inter se sic coniunctae sunt: „insanire possim et bibendi caussa omnium Cyclopum pecora rependere“, unde participium *ἀντιδούς* optativi locum tenere elucet. Quam interpretandi viam Kirchhoffius quoque ingressus videtur esse, cum *ῥίψας τ᾽* scriberet. Ego *ῥίψαιμ᾽* scribere malim, ut respondeat verbo *μαινοίμην*. Silenus a minore ad maius procedit: ut bibere possit, primum omnia dare vult, quae sua non sunt, deinde suam offert vitam. Accedit quod hac interpretandi ratione quaedam enuntiatorum similitudo efficitur, quam cum a ceteris fabularum scriptoribus tum ab Euripide saepius usurpari constat. Verbum *ῥίπτειν* sine accusandi casu positum esse forsitan quempiam offenderit: invenitur autem apud Euripidem ita usurpatum „*sich werfen, sich stürzen*“ Alc. 897: *τί μ᾽ ἐκώλυσας ῥίψαι* [sc. *ἐμαυτόν*] *κτλ.* Hel. 1325: *ῥίπτει* [sc. *ἑαυτήν*] *δ᾽ ἐν πένθει πέτρινα κατὰ δρία πολυνιφέα.* cf. Theogn. 175. Conferri possunt cum hoc verbi *ῥίπτειν* usu alia verba, velut *κρύπτειν*, [Eur. Phoen. 1117: *τὰ δὲ κρύπτοντα δυνόντων μέτα.* cf. Soph. El. 826] *ἀνακαλύπτειν* [Eur. Or. 294: *καὶ νῦν ἀνακάλυπτ᾽ ὦ κασίγνητον κάρα.*] cf. Erfurdt ad Soph. Ant. 497.

---

[31] *ῥίψαι τ᾽* BC sec. app. Parr. *ῥίψας τ᾽* Kirchh. *ῥῖψαι* G. Herm. *πίπτειν* Hart.
[32] *μεθυσθεὶς* et *ὀφρύς* a pr. m. B.
[33] *τοὖρθον* libri, corr. Seidler.
[34] *παρεσκευασμένου* a pr. m. B. *παρεσκεπασμένου* G. Herm. *περισκεπασμένου* Jacobs.
[35] *ὀρχηστύος* libri, corr. Canter.
[36] *ἐγὼ κυνήσομαι* B, sic etiam app. Parr., sed in altero adscriptum: *οὕτως ἦν ἐν τῷ παλαιῷ* [i. e. C]: *ἐγὼ υκηνήσομαι.* corr. Tyrwhittus.



*παρεσκευασμένου ψαῦσαι λειμῶνος* G. Hermanno, quocunque modo quis interpretetur, nimis obscoenum et foedum videtur esse. Sed quid Sileno paullo ante dicenti: *ἵν᾽ ἔστι τουτί τ᾽ ὀρθὸν ἐξανιστάναι*, tam potest esse obscoenum, ut dicere non audeat? Hermannus scripsit *παρεσκεπασμένου*, ego potius, si opus sit, *κατεσκεπασμένου*.

Restat quaestio de verbis *εἶτ᾽ ἐγὼ υκηνήσομαι* orta. Etsi negationem *οὐ* vel *οὐκ* inserendam esse ex litteris quae antecedunt apparet, tamen, quid statuendum sit de verbo *κηνήσομαι* s. *ηνήσομαι* non liquet. Hermannus et Hartungius *κυνήσομαι* scribendum putant. Quod mihi verbum in sententiam quadrare non videtur: poculum quidem suaviari possis, minime potum. *Πῶμα* autem semper significat potum, nam quo in loco [Ion 1212: *καὶ πῶμα χειρὸς σῆς ἐδεξάμην πάρα*] aliter explicandum esse putant, eo usitata quoque significatione servata potest intelligi. Ceterum hac in re Hartungius errat, quod Silenum versu 173 facit bibentem. Cum enim Ulixes denuo vinum non infundat, Silenus omnibus modis id agit, ut pactione quadam facta vini quam plurimum accipiat. Sententia igitur verbum postulat, quo Silenus se nunc cum Ulixe pactionem esse facturum indicet, ut iam verbis ineunte sermone positis „*δράσω τάδ᾽*“ declarat[37]. Itaque Tyrwhittium recte *εἶτ᾽ ἐγὼ οὐκ ὠνήσομαι* coniecisse arbitror.

Versus qui sequuntur, quibus personis sint tribuendi adhuc sub iudice lis est. In libris mss. versibus 175. 177. 179—192 Sileni nomen est praepositum, nisi quod in apographo Par. altero, quo usus est Musurus, Sileni persona v. 188 est omissa, versui 193 Ulixis, vv. 203. 215. 217. 219 Sileni. Recte iam Tyrwhittius animadvertit vv. 175. 177. 179—187 chori esse: „abiisse enim Silenum, ut afferret quae paullo post rediens v. 188 ss. tradat Ulixi“. Huc accedit quod Ulixes dicit: *φίλοι γε προςφέρεσθε*, quibus verbis complures i. e. chorum, minime Silenum, potest alloqui, deinde quod de rebus Troianis, quas nunc ex eo quaesituri sunt Satyri, iam cum Sileno v. 107 ss. disputaverat. Evidentissime autem res patet e versibus 179—192, qui eiusdem personae esse non possunt. Haud dubie duas in partes sunt dividendi, quarum altera vv. 179—187 complectens choro, altera vv. 188—192 continens Sileno est tribuenda. Cum enim Silenus v. 163 se omnia quae Ulixes velit paraturum esse dicat, nihil est veri similius quam eum illis versibus dictis in antrum abiisse, ex quo postea lacte et caseo et ovibus nonnullis collatis venit indicans omnia Ulixi eiusque sociis esse parata. Posteriorem versuum partem Sileni esse praecipue his demonstratur verbis [192]:

*βότρυος ἐμοὶ πῶμ᾽ ἀντιδόντες εὐίου,*

quae a choro, quippe qui ex illo vino voluptatem omnino non acceperit, proferri non possunt. Silenus illo praeclarissimo vino et bibendi cupidine tam inflammatus et in-

---

[37] Hac in re Spengel mecum consentit; cf. Eos. Süddtsch. Ztsch. f. Phil. u. Gymn. 1864. p. 190.

vino emendo tam occupatus est, ut Cyclopem venientem non videat. Quamvis Ulixes quoque id praecipue agat, ut quam celerrime negotium conficiat, tamen pro vigilantia et calliditate sua omnia circa se observat atque illum conspicatus exclamat:

*οἴμοι· Κύκλωψ ὅδ' ἔρχεται· τί δράσομεν;*
*ἀπολώλαμεν γάρ, ὦ γέρον· ποῖ χρὴ φυγεῖν;*

quorum versuum priorem omnes recentiores interpretes praeter Spengelium[38] quod sciam, aut Sileno attribuunt aut choro. Sed iam Hartungius, qui Sileno hunc versum tribuit, in altero particulam *γάρ* ferri non posse declarat ideoque *τἄρ'* scribit. Ad quam emendationem confugiendum non est, si utrumque versum libros mss. secuti Ulixi tribuamus, qua ratione, ut bene procedat sermo, efficimus: **Hei mihi, iste Cyclops venit, quid faciemus? Periimus enim, o senex; quo oportet fugere?** Hermannus animadvertit Ulixi propterea priorem versum non convenire, „quod ille non ante visis Cyclopibus non poterat scire Polyphemum esse", sed cum v. 130 Silenus ad Ulixem dixisset:

*φροῦδος πρὸς Αἴτνῃ θῆρας ἰχνεύων κυσίν,*

hic e canibus comitantibus et singulari monstri illius forma ac figura poterat, quis esset, suspicari.

Versum 203 Cyclopis sermoni adiciendum esse censuit Tyrwhittius. Sed Sileni est, qui Ulixem inconsiderate agere arbitratus, ne vinum amittat verens his verbis: *ἄνεχε, πάρεχε* vehementer, ut suum [v. 197] consilium prius sequatur monet, quam Cyclops adveniat. Quod facere cum Ulixes iterum recuset silentio, iratus Silenus *τί τάδε;* inquit, *τίς ἡ ῥαθυμία;* „quid hoc est? quae socordia!" Tum Cyclopis adventu re infecta in antrum se recipit periculum quo modo astute effugiat secum meditans, quam ob saussam ab illo simul cum Ulixe eiusque sociis postea demum [v. 226] conspicitur. Itaque non Sileno, sed choro vv. 215. 217. 219 tribuendi sunt. Chori hos versus esse iam e Cyclopis verbis elucet:

v. 220: ... *ἐπεί μ' ἂν ἐν μέσῃ τῇ γαστέρι*
*πηδῶντες ἀπολέσαιτ' ἂν ὑπὸ τῶν σχημάτων,*

quae si ad Silenum solum essent directa intelligi non possent.

Iam vero ad singula transeamus.

v. 175. *ἄκου', Ὀδυσσεῦ, διαλαλήσωμέν τί σοι.* Futurum tempus, quod in ap. Par. altero legitur. cum Satyri, quid faciendum sit, Ulixis arbitrio permittant, id quod e versu sequenti apparet:

*καὶ μὴν φίλοι γε προςφέρεσθε πρὸς φίλον,*

ad sententiam minus est aptum. Imperativus *ἄκουε* coniunctivo, qui exhortandi habet vim, eodem modo est adiunctus atque *φέρε, ἄγε, ἴθι*[39], cuius constructionis exempla e tragicorum operibus collecta profert Elmsleius ad Eur. Bach. 341. Heraclid. 559. Med. 1242.

---

[38] cf. Eos l. c.

[39] cff. Krueger Gr. Gr. I § 53, 7, 2. § 54, 2, 1. Matthiae Gr. Gr. § 516.



v. 179. *οὐκοῦν ἐπειδὴ τὴν νεᾶνιν εἵλετε κτλ.* Quod Satyri ex iis quae antecedunt exspectant, ut Ulixes ea quae dicunt sit affirmaturus[40], *οὔκουν* „nonne ergo" praeferam.

v. 182. .... *ἢ τοὺς θυλάκους τοὺς ποικίλους*
*περὶ τοῖν σκελοῖν ἰδοῦσα καὶ τὸν χρύσεον*
*κλοιὸν φοροῦντα περὶ μέσον τὸν αὐχένα*
*ἐξεπτοήθη, κτλ.*

In his versibus a participio *φοροῦντα* aut ea tantum verba pendent quae sequuntur: *τὸν χρ. κλ. π. μέσον τ. αὐχένα,* aut ea quoque quae antecedunt: [*ἰδοῦσα*] *φοροῦντα τοὺς θυλάκους τ. π. περὶ τ. σκ. καὶ τὸν κλοιόν κτλ.* Quarum interpretationum neutra mihi probatur: altera non solum ob verborum collocationem, sed etiam ob diversam praepositionis *περί* structuram in eodem enuntiato usurpatam, altera, quod Euripidem res tam diversas coniunxisse nego: „Helena cum vestes varias circa crura videret et [virum] aureum torquem circa medium collum ferentem, attonita obstupuit". Quam perverse et stolide dictum! Chorus h. l. demonstrat Helenam, quae Paridis forma ac figura vestibus variis omnibusque ornamentis instructa, ut coniugem relinqueret, esset commota, gravissimam poenam perferre oportere. Itaque Euripidem pro participio *φοροῦντα* aliud vocabulum scripsisse arbitror, qualis ille torques fuisset, significans. Eadem fortasse de caussa iam Wakefieldius[41] scripsit „*φανόντα*", Daniel Goesius in observationibus ad editionem Hoepfnerianam[42] „*φοροῦσα*". Ego *φαροῦντα* proponam, quod vocabulum Hesychio teste idem significat quod *λαμπρύνοντα*[43].

v. 202. *ἢ ζῶντες αἶνον τὸν πάρος εὖ σώσομεν.* Interpretum pars libros mss. sequitur, quorum alter [B] scripturam exhibet a me praepositam, alter [C] particulam *γέ* inter vocabula *πάρος* et *εὖ* inserit, pars „*εὖ*" delendum censet, pars denique verba emendare conatur, velut Hartungius, qui et particulam *γέ*, quae ad sententiam apta non sit, improbans et vocabulum *εὖ*, quod neque cum verbo *σώζειν* neque cum metro congruat, reiciens scribit:

*ἢ ζῶντες αἶνον τὸν πάροιθε σώσομεν.*

Quam coniecturam paullo mutatam „*πάροιθ' ἐκσώσομεν*" Kirchoffius recipit.

Cum gradatio quaedam non insit in his verbis, sed potius utrumque enuntiatum idem valeat, ego quoque particulam *γέ* — fortasse e littera subsequenti E ortam — deleverim. Sed adverbium *εὖ* tantum abest, ut otiosum sit, vel a sententia alienum, ut ad sententiarum rationem conveniat optime atque ab Euripide ob dictionem „*εὖ*-

---

[40] cff. Herm. ad Vig. p. 795. Buchwald, De *ἤ* et *οὔκουν* particularum apud Graecos poëtas tragg. usu. Diss. inaug. Vratisl. 1865. p. 37.

[41] Silv. crit. IV, 195.

[42] Norimb. 1799. p. 72.

[43] *φαρῶσαι* = *ἀρόσαι, νεῶσαι. λαμπρῦναι.*

*γενῶς κατθανούμεθα*" consulto sit positum: „*gloriose moriemur aut gloriose vincemus*". Et mortem et vitam Ulixes sibi futuram esse sperat rebus a se ante gestis haud indignam. Non enim servatum se cupit, sed honeste honorifice servatum. Itaque „*εὖ*" verbi quod est *σώσομεν* additamentum arbitrer necessarium.

v. 203. Sileno, qui hoc unum studet, ut vinum bibat, Ulixis verba, in quibus nimium tempus consumatur, inania videntur esse. Itaque iratus et spe pluris vini quasi bacchans exclamat: *ἄνεχε, πάρεχε.* Quae verba, ubicunque inveniuntur, bacchantis sunt vel cupiditate animi quadam affecti. Sic senex ebrius et bacchans in Aristoph. Vesp. v. 1326 hac dictione utitur. cf. Av. 1720. Similiter apud Euripidem in Troad. v. 308 Cassandra loquitur furibunda et facem gestans:

*ἄνεχε, πάρεχε, φῶς φέρε· κτλ.*

In omnibus locis hac formula, quidquid supples, is ad quem est directa, impellitur, ut eadem voluptate vel gaudio fruatur. Postquam igitur Silenus quasi bacchans haec verba dixit, Cyclops apparet interrogans: *Τί βακχιάζετε;* Si versus 203 Sileni esse negatur, me non satis intelligere confiteor, quomodo Cyclops bacchandi verbo possit uti.

In Cyclopis sermone, qui versibus 204—211 continetur, tria sunt, de quibus, quod magni momenti non sunt, perpauca addere liceat. Quaeritur enim v. 207, utrum *ἦ* [C sec. app. Parr.] an *ἢ* [B], deinde, utrnm *γέ* [C] an *τέ* [B] scribendum sit, denique Elmsleius rectene animadverterit ad Eur. Heracl. 824 femininae formae numerum pluralem vocabuli *πλευρά* plane exterminandum esse e tragicorum operibus. Ac primum quidem *ἢ* scribendum censeo, quod interrogatio non est duplex sive, ut grammatici dicunt, disiunctiva, sed altera alteram accuratius explicat. Utuntur quidem Graeci in his quoque interrogationibus vocula *ἦ* quasi corrigentes vel emendantes, sed semper tales interrogationes dubitationis aliquid habent, semper qui respondet rem ita se habere negat. *Ἠ* etiam in sententiis interrogativis primitivam suam significationem „profecto, sane" retinet et qui hac particula utitur scire vult, num „profecto, vere" ita res se habeant: multum eius interest, ut affirmetur id quod interrogat. Unde fit, ut saepissime coniungatur cum particulis *ἄρα, γάρ, δή, μήν*[44]. — Deinde *πρός τε* tenendum esse non tam e particula *καί* quae sequitur quam ex ipsis notionibus, quae arctissime cohaereant, elucet. Itaque codicis B scripturam:

*ἢ πρός τε μαστοῖς εἰσι χὐπὸ μητέρων*
*πλευρὰς τρέχουσι κτλ.*

ceteris praeferendam censeo. — Denique Elmsleii opinionem iam satis refutatam videmus a G. Hermanno ad Soph. Ai. 1389. Consentiunt enim aliquot locis omnes libri mss. in plurali femininae formae numero, ut Aesch. Eum. 846. 879. Prom. 71. Soph. Trach. 768. 1053. Eur. Herc. fur. 53. 1100. Iph. Taur. 298, ubi metrum, quominus cum Elmsleio statuamus, obstat.

---

[44] cff. Baeumlein, Untersuchungen über griech. Partikeln p. 122. Buchwald l. c. p. 2. 4. Devarii lib. de Gr. ling. part. ed. R. Klotz I p. 93. Hartung l. c. I. 285. 443. II. 62 ext. 372. 376.



v. 213. *τά τ' ἄστρα*[45] quin scribendum sit, quoniam hic versus ter commemoratur ita scriptus[46], vix dubitaverim.

v. 222 ss. Cyclops propius ad antrum accedens tandem Ulixem eiusque socios conspicatus, cum nonnullos agnos atque caseos videat collatos, se ab illis privatum putat eaque eius opinio Sileni appropinquantis facie confirmatur, quae et vino et apportandi labore calefacta tumet. Cuius rei caussam nesciens veram Cyclops Silenum ab advenis vapulasse iudicat. Is autem, qua est astutia, statim hanc rem ita esse simulat minas commemorans, quas, nisi quae peterent dedisset, in ipsum Cyclopem iecerint. Quo facto Polyphemus admodum credulus illos mactare instituit.

Silenum igitur minas quibus advenae in dominum usi essent narrantem haec dixisse libris mss. est traditum:

— — — — — — — *δήσαντες δὲ σὲ*
v. 235. *κλῳῷ τριπήχει κἄτα τὸν ὀφθαλμὸν μέσον*
*τὰ σπλάγχν' ἔφασκον ἐξαμήσεσθαι βίᾳ κτλ.*

*Κἄτα* ferri non posse verborum coniunctio docet. Itaque iam Canterus *κατά*, Scaliger praeterea *ὀμφαλόν* scribendum censuit. Verba „*κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν μέσον*", si cum Cantero faciamus, aut ad vocabulum *δήσαντες* aut ad „*ἐξαμήσεσθαι*" possint referri. Utraque interpretatio optime quidem in Silenum convenit, qui Cyclopem incitaturus iocose quae fieri omnino non possunt confabulatur; sed ne ille iam initio modum nimis egredi videatur in depingendis suppliciis, quae excogitata esse dicit ab advenis, *κάρτα*[47] scribere malim. Verba enim *τὸν ὀφθαλμὸν μέσον* cum pro Cyclopis natura gravissima sint et iam supra [v. 174.] a Sileno cum vi quadam commemorentur, dubito, num mutanda sint. Praeterea si „*κάρτα*" scribimus, duae illae notiones et vinciendi et exscindendi aeque sibi respondent, utraque singulari vocabulo accuratius definitur: *δήσαντες κάρτα — ἐξαμήσεσθαι βίᾳ.*

v. 237. *μάστιγι ..... ἀποθλίψειν.* Casaubonus „*ἀποδρύψειν*" coniecit, Ruhnkenius, quem plerique recentiores editores secuti sunt, *ἀπολέψειν.* Sed iure G. Hermannus ad hunc locum adnotat: Tam variis modis talia dici solent, ut ego quidem non mutandam censuerim scripturam librorum.

